AUTHOR:

KUNZMANN, WALTER

TITLE:

QUAESTIONES DE PSEUDO-LUCIANI...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1908

Master Negative #

93-81351-15

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88L96
WZ
v.1 Kunzmann, Walter, 1884-
Quaestiones de pseudo-Luciani libelli qui est De longaevis fontibus atque auctoritate. Dissertatio inavgvralis qvam ... scripsit Walter Kunzmann ... Lipsiae, Noske, 1908.
71 p.



Thesis, Leipzig, 1908.

Volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5-7-93 INITIALS JAMES
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM

Association for Information and Image Management




1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

QUAESTIONES DE PSEUDO-LUCIANI LIBELLI QUI EST DE LONGAEVIS FONTIBUS ATQUE AUCTORITATE

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

WALTER KUNZMANN
LIPSIENSIS



LIPSIAE
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMVIII

RETTVLERVNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE

LIPSIUS **BETHE**

LIPSIAE D. XV. M. IANUARII A. MCMVIII.

PROCANCELLARIO
STIEDA.

PARENTIBUS CARISSIMIS.

Libellum, qui est de longaevis,[1]) qui in Luciani codicibus traditur, non esse huius scriptoris inter omnes constat.[2]) Neque tamen multo post Luciani aetatem scriptus est. Rothstein quidem Iuliani temporibus libellum compositum esse iudicavit. Sed repugnant praeter alia verba § 9: *ἀξιόλογος ἔλεγχος ἡ ἱστορία* (qua in Italia quoque longaevi fuisse demonstrantur) *τῶν διαβάλλειν πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἔσεσθαι πρὸς τὸ ἐς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὸν τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην γῆρας ἀφικέσθαι τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη καὶ γέροντα,*[3]) quibus e verbis principem tum Romae domicilium habuisse apparet. Atque libellum circiter a. p. Chr. n. 213 confectum esse brevi post Rothsteinium probavit Hirschfeld.[4])

Missus est libellus ad Quintillum quendam (§ 1). Qui quis fuerit, non constat.[5]) Sed hoc certum est nobili loco eum ortum fuisse. Scribit enim Ps.-Lucianus summa cum adulatione in § 1: *ηὐξάμην τοῖς θεοῖς ἐπὶ μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι σέ τε αὐτὸν καὶ παῖδας τοὺς σούς, τοῦτο συμφέρειν νομίζων καὶ σύμπαντι τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει.* Illius autem viri in clientela Ps.-Lucianus fuit. Pergit enim post verba quae attuli: *πρὸ δὲ ἁπάντων αὐτῷ τε ἐμοὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς.* Id quoque constat scriptorem *ἄνδρα περὶ παιδείαν ἔχοντα,*

---

[1]) Ranke, Pollux et Lucianus, Quedlinburgi 1831 p. 16; Bergk, Zeitschr. für die Altertumsw. 1849 p. 11; Bertolotto, Riv. di filol. XIV 1886 p. 225; Rothstein, Quaestiones Lucianeae 1888 p. 124; O. Hirschfeld, Herm XXIV 1889 p. 156. De Ruehlii commentatione cf. p. 64.

[2]) Quanta sit ingenii atque indolis inter hunc auctorem et Lucianum differentia, exponunt Ranke p. 16 et Bergk p. 14.

[3]) Ultima verba intellegi posse: dominum ad summam senectutem perventurum et regnaturum, etiamsi iam senex erit, ostendit Rothstein p. 125.

[4]) De Caracallae cognominibus nunc cf. P.-Wiss. II, 2437 (P. v. Rohden). De Oclatinio Advento v. Prosop I. Rom. II, 424.

[5]) Hirschfeld M. Plautii Quintilli consulis anni 177 filium eum fuisse suspicatur (p. 160).

id est grammaticum fuisse (§ 2). Praeterea Platonem veneratus videtur esse, quem in § 21 *ἱερώτατον*[1]) appellat. Ceterum libri auctor intra Italiam fuit; dicit enim in § 9 *τὸν ἐνταῦθα ἀέρα.*[2])

Ille grammaticus somnio, ut ait, commotus hunc libellum Quintillo die natali muneri misit (§ 1 et 2). Atque confidit fore, ut eo Quintillus in spem adducatur se ipsum quoque longam vitam nancturum, deinde ut cognoscat eos, qui diligentissime et corporibus et animis consulant, ad summam senectutem pervenire (§ 2). Itaque exspectandum est, ut explicetur, qua quisque vita usus corporis animique vigorem tot annos retinuerit. Atque exhibet illam explicationem in prima parte, in qua de Nestore, Tiresia, nonnullis sacerdotum generibus, populis fabulosis agit. Reliqui autem in universum appellantur *ἄνδρες οἱ γυμνασίοις τοῖς προσήκουσι καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι* (§ 6). Et quo consilio libellum confecerit, § 7 iterum admonet, cum dicit: *ζηλώσας ἐργάσαιο σαυτῷ τῇ διαίτῃ μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιεινότατον βίον.* Praeterea confer initium § 18: *ἐπεὶ καὶ φιλόσοφοι καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειάν πως καὶ οὗτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, ἐς μακρὸν γῆρας ἦλθον* . . .

Ac primum reges et duces affert atque ita, ut singulorum populorum reges coniungat. Enumerantur enim reges Romanorum, Syracusanorum, barbarorum septentrionalium, regnorum quae nunc vocantur Hellenisticorum,[3]) Persarum, Characenorum. Sequuntur reges variarum gentium. Illae autem regum ut ita dicam classes singulis regibus interiectis discernuntur. Nam post reges Romanorum Arganthonius, bini post Attalum Philadelphum et reges Persarum inserti sunt.

Ceterum regibus Romanorum enumeratis Romanorum et Italorum quoque longaevos in altera libelli parte se prolaturum promittit (§ 9). Neque tamen promisso stetit (cf. § 29). Sed illo loco, id quod Bergk[4]) non intellexit, haec § 7 verba explicantur: *διαίρεσιν τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν πρώτην κατά γε τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν.* Censeo enim auctorem hic spectare ad alteram libelli partem, qua de Romanis et Italis agere in animo habuit. Illos

[1]) cf. in § 29 *ἱερώτατε Κυίντιλλε.*
[2]) cf. p. 5 huius commentationis.
[3]) Regibus Macedonum Antipatrum addidit.
[4]) p. 13.

enim non secundum studiorum genera sed annorum numeros disponere voluit.

Deinde philosophi afferuntur ac primum qui plus centum, tum qui plus nonaginta, post qui plus octoginta annos vixerunt.[1]) Neque tamen in illis ut ita dicam classibus certus ordo adhibetur. Adduntur Nestor Stoicus et Xenophon.

Sequuntur rerum scriptores, oratores, poetae tragici, comici, melici, Eratosthenes grammaticus. Additur in exitu Lycurgus. In quibus oratores et rerum scriptores ex temporum ordine dispositi sunt, nisi quod Ctesibius et Hieronymus, quia ad summam senectutem pervenerunt, rerum scriptoribus praeponuntur.

Ceterum quod Nestor, Xenophon, Lycurgus reliquis adduntur, inde alio ex fonte sumptos eos esse non collegerim.[2]) Immo vero Ps.-Lucianum, cum quae excerpserat suo consilio disponere studuit, nonnullos primo omisisse itaque in exitu vel totius libelli vel classis addidisse statuendum est.

Iam quae ratio intercedat inter hunc libellum et longaevorum indicem a Phlegonte compositum[3]), breviter est exponendum. Quocum Ps.-Lucianum artissime cohaerere diu cognitum est. Quattuor enim loci simillimi sunt, e quibus unum exscribam.

Phlegon cap. IV.	Ps.-Luc. § 10.
Ἀργανθώνιος ὁ τῶν Ταρτησσίων βασιλεύς, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος καὶ Ἀνακρέων ὁ ποιητής, ἔτη ρν'	*Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησσίων βασιλεὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθός τισι δοκεῖ.*

Reliquos locos invenies p. 9, 45 (XIX, XX). Atque omnia testimonia ad verbum fere consentire apparet. De Arganthonio vero, id quod memorabile est, idem mendum uterque exhibet. Herodotus enim I, 163 Arganthonio 120, Anacreon autem fr. 8 Bergkii 150 annos tribuit.[4]) Hoc quoque monendum est Ctesibium et Hiero-

[1]) Qui minus octoginta annos vixerunt, auctor non affert.
[2]) Xenophontis et Lycurgi aetates interpolatas esse censet Wachsmuth Einl. p. 238.
[3]) FHG. III, 608.
[4]) cf. Cauer apud P.-Wiss. II, 686. Eodem modo haud scio an falsa memoria, quam de Agathocle (§ 10) Ps.-Lucianus tradit, explicanda sit. Illi

nymum apud Phlegontem eodem ordine afferri. Neque quicquam valet corruptela, quae in Ps.-Luciani de Ctesibio testimonium irrepsit. Attamen, ut minutias omittam, de Hieronymo Ps.-Lucianus aliquanto plura exhibet, apud Arganthonium autem de numero quosdam dubitare addit. Rursus Phlegon omisit Goaesum (§ 17), Xenophilum, Thaletem, Solonem, Pittacum (§ 18), Gorgiam (§ 23). Ergo Ps.-Lucianum a Phlegonte pendere statui nequit; immo vero ex eisdem fontibus utrumque hausisse iudicandum est.[1])

Ceterum Ranke, Bertolotto,[2]) Hirschfeld eos tantum viros, qui ante Tiberii mortem fuissent, hoc in libello afferri putaverunt. Quae sententia haud scio an reicienda sit. In § enim 16 Ps.-Lucianus tres reges Characenorum exhibet; atque Tiraeum tertium post Hyspasinem, Artabazum septimum post Tiraeum esse dicit. Atqui Tiraeus a. a. Chr. n. 51 vel 48[3]) regnavit.[4]) Ergo inter a. a. Chr. n. 48 vel 51 et a. p. Chr. n. 37 septem[5]) reges fuisse statuendum est. Attamen ab a. a. Chr. n. 29 usque ad a. p. Chr. n. 5 Attambelus, a. 9 Abinerglus, a. 21 Adinnrglus regnaverunt. Praeterea Tiraeum et Artabazum, qui tot annos vixerunt, satis multos annos regnavisse suspicari licet. Itaque quattuor alios reges ante a. p. Chr. n. 37 inseri posse, quamquam non negaverim, tamen minime est veri simile.

Quibus rebus expositis ad singulas quaestiones transibo. Sed de eis, qui ingenii laude floruerunt, disputare satis habebo. Hoc

---

enim 95 annos tribuit atque provocat ad Democharem et Timaeum. Sed Timaeum ei 72 annos tribuisse testatur Diodorus XXI 16, 4. Itaque Demochares 95 annos exhibuisse videtur; cf. Beloch, Gr. Gesch. III 2, 201[1].

[1]) Keller in editione script. natur. p. LXXII quae apud Phlegontem de Graecis tradantur, ex Ps.-Luciani libello interpolata esse censet. Quae tamen ratio parum est probabilis. Contra Phlegontis librum mutilatum esse constat. Deest enim ullum exordium et Diog. L. I, 111 de Epimenide Phlegontis librum citat, quod testimonium in codice non invenitur. Sed locus, quo exspectatur, corruptus est; cf. Bergk p. 17. Desideratur enim novi capitis index. Itaque epitomen tantum exstare ex eo, quod Epimenides deest, non sequitur. Neque quemquam longas Italorum series descripsisse, quae de Graecorum viris illustribus tradita erant, aut omisisse aut mutilasse cogitari potest; cf. Wachsmuth, Einl. p. 238.

[2]) p. 248.

[3]) Incertum enim est, utrum in nummo legendum sit *ΞΣΑ* an *ΞΖΔ*; cf. Waddington, Revue numism. N. S. XI 1866 p. 314.

[4]) Weißbach apud P.-Wiss. III, 2118.

[5]) Inter Hyspasinem et Tiraeum, qui tertius post illum fuisse dicitur, duo reges fuerunt. Inde inter Tiraeum et Artabazum sex fuisse apparet.

vero in universum moneo permultis locis atque eis potissimum, quibus de viris antiquiorum aetatum agitur, quaerere non licere, num Ps.-Luciani testimonium verum sit, sed utrum a gravi auctore pendeat necne.

I. De Democrito.[1])

A. Quot annos vixerit.

1. Ps.-Luc. § 18: *Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης ἔτη γεγονὼς τέσσαρα καὶ ἑκατὸν ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα.*

2. Phlegon *περὶ μακροβίων* II, FHG. III p. 609 b: *Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἑκατὸν τέσσαρα (ἔζησεν), ἐτελεύτησε δὲ τροφῆς ἀποσχόμενος.*

3. Diod. XIV, 11, 5: *περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον* (ol. 94, 1 = 404/3) *καὶ Δημόκριτος ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησε βιώσας ἔτη ἐνενήκοντα.*

4. Chron. Pasch. 317, 5: *Δημόκριτος τελευτᾷ ζήσας ἔτη ἑκατόν.*

5. Diog. Laert. IX, 39: *τελευτήσαντ' αὐτὸν (Δημόκριτον) δημοσίᾳ ταφῆναι βιώσαντ' ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη (φησὶν Ἀντισθένης).*

6. Censor. 15, 3: Democritum quoque Abderiten et Isocratem rhetorem ferunt prope ad id aetatis pervenisse quo Gorgian Leontinum, quem omnium veterum maxime senem fuisse et octo supra certum annos habuisse constat.

7. Diog. Laert. IX, 43: *τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἕρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. ἤδη ὑπεργήρων ὄντα πρὸς τῷ καταστρέφειν εἶναι. τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι, ὅτι ἐν τῇ τῶν θεσμοφόρων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι καὶ τῇ θεῷ τὸ καθῆκον αὐτὴ οὐ ποιήσειν· τὸν δὲ θαρρεῖν εἰπεῖν καὶ κελεῦσαι αὐτῷ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς ὁσημέρᾳ. τούτους δὲ ταῖς ῥισὶ προσφέρων διεκράτησεν ἑαυτὸν τὴν ἑορτήν. ἐπειδὴ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι (τρεῖς δ' ἦσαν) ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο, ὥς φησιν ὁ Ἵππαρχος, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς.*

B. De aetate Democriti.

8. Diog. Laert. IX, 41 = Apoll. fr. 47 a Jac.

1. *γέγονε τοῖς χρόνοις, ὥς αὐτός φησιν ἐν τῷ Μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα.*

2. *συντετάχθαι δέ φησι τὸν Μικρὸν Διακόσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις.*

---

[1]) Jacoby, Apollodors Chronik, Philol. Unters. von Kießling und Wilamowitz XVI 1902 p. 290; Diels, Mus. Rh. XXXI, 29; Fragm. d. Vorsokr.[1] p. 365; Zeller I, 2^5 p. 839[1].

3. *γεγόνοι δ᾽ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα* (460—456).

4. *ὡς δὲ Θρασύλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος* (470/469), *ἐνιαυτῷ, φησί, πρεσβύτερος ὢν Σωκράτους.*

9. Diog. Laert. IX, 34 = Ap. fr. 47 b Jac.: *ὕστερον δὲ Λευκίππῳ περιέβαλε καὶ Ἀναξαγόρᾳ κατά τινας ἔτεσιν ὢν αὐτοῦ νεώτερος τεσσαράκοντα.*

Quot annos Democritus vixisset, iam veteres valde dubitaverunt. Sed mirum est praeter test. 4 omnes annorum numeros Hippocrati quoque tribui. Legimus enim illius in vita p. 451, 53 Westerm.: *ἐτελεύτα παρὰ Λαρισσαίοις, ὅτε καὶ Δημόκριτος φέρεται τελευτήσας, καὶ οἱ μὲν ϙ′ ἐτῶν, οἱ δὲ πε′ φασίν, ἄλλοι ρδ′, τινὲς ρθ′ τελευτῆσαι.*[1]) Putabant igitur quidam grammatici utrumque eodem vitae spatio expleto mortuum esse. Inde apparet omnes illos numeros nihili esse. Defuit enim certa memoria. De morte autem Democriti variae fabellae narrantur.[2]) — Iam procedendum est ad reliquam de Democriti aetate memoriam. Ac primum veri simillimum est Democritum non ipsum commemorasse se quadraginta annis minorem natu esse quam Anaxagoram, sed illum numerum ab Apollodoro[3]) fictum esse.[4]) Apollodorus igitur, quo anno Democritus natus esset, Anaxagorae aetate usus computavit.[5]) Nam fortasse, si modo testimonium 9 ad eum referendum est,[6]) Democritum Anaxagorae discipulum fuisse putavit. Neque vero Democritum hoc ipsum testatum esse, id quod statuit Diels Mus. Rh. XLII p. 3, ex testimonio 9 et 8, 1 concludere licet. Nam ea sententia recepta a Democrito Leucippum quoque commemoratum esse concludendum est, id quod statui posse Diels ipse negavit.[1]) Neque aetas nonaginta annorum, quam Democrito tribuit Diodorus (test. 3), ad Apollodorum referri potest.[2]) Nam constat Diodori auctorem praeter Apollodorum alios chronographos adhibuisse[3]) et 90 quoque anni Hippocrati tribuuntur (cf. p. 10). De Thrasyli autem sententia cf. Jac. p. 293.

[1]) Censorinus (test. 6) et Antisthenes (test. 5) haud scio an spectent ad 104 annos. — In chronico Paschali (test. 4) *ρδ′* scribendum esse suspicatur Jac. p. 295.

[2]) cf. test. 4, Diels Vorsokr.[1] p. 372/3 test. 24, 28, 29, 30, 31.

[3]) Exempla vide Mus. Rh. XXXI, 35; XXXIII, 200, 214; Verhandl. der 34. Philologenvers. 1879 p. 84[2] (Rohde). Neque dubium est, quin test. 8, 1 et 2 quoque ex Apollodori libro fluxerint.

[4]) Rohde l. c. p. 84[3]; Jac. p. 290/1. — Fieri potuisse concedit Diels Mus. Rh. XLII p. 3. Negaverat Mus. Rh. XXXI, 30. cf. Unger, Philol. Suppl. IV, 546. Rohdei sententia eo potissimum nititur, quod Apollodorus caute dicit *γεγόνοι ἄν.*

[5]) Jac. p. 291. Anaxagoram a. 500/499 vel 499/8 natum esse satis constat; certe tradidit Apollodorus. cf. fr. 36, 3 Jac.

[6]) Redit enim numerus 40. cf. Rohde l. c. p. 84[3]. Concessit Diels, Mus. Rh. XLII, 3. Quamquam grammatici illi aliam memoriam cum Apollodori numero coniungere potuerunt.

II. De Xenophilo.

1. Ps.-Luc. § 18: *Ξενόφιλος ὁ μουσικός, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατόν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσεν.*

2. Val. Max. VIII, 13 ext. 3: biennio minor (quam Gorgias) Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus, sed felicitate non inferior, si quidem, ut ait Aristoxenus musicus, omnis humani incommodi expers in summo perfectissimae doctrinae splendore exstinctus est.

Reliqua testimonia invenies apud Dielesium, Vorsokr.[1] p. 276.

Omnia testimonia, quae sunt de Xenophilo, ex Aristoxeni[4]) libris biographicis fluxerunt. Neque ulla est varietas. Nam Valerius Maximus, qui dissentire videtur, quoniam Gorgias 109 vel 108 annos vixisse traditur,[5]) in proxima paragrapho narravit Gorgiam centensimo septimo anno vitae negavisse se quicquam habere, cur senectutem suam accusaret. Tamen mirum est, quod Ps.-Lucianus exhibet *ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη.*[6]) Hoc quoque unus tradit Athenis vitam eum degisse. Aetas autem Xenophili quodammodo eo determinatur, quod Aristoxeni praeceptor fuit.[7])

[1]) Verhandl. der 35. Philologenvers. 1880 p. 102.

[2]) Quomodo ille numerus inventus sit, exponunt Diels Mus. Rh. XXXI p. 32 et Jacoby p. 292.

[3]) Diels Mus. Rh. XXXI, 32. Cuius sententiam veram esse probavit Jac. p. 250/1.

[4]) cf. Leo, Griech.-röm. Biogr. p. 102.

[5]) cf. Jac. p. 261.

[6]) Idem vitium inest in Ps.-Luciani de Simonide testimonio, cf. p. 61 huius comm.

[7]) cf. Diels, Vorsokr.[1] l. c. test. 3.

III. De Solone.[1]

1. Ps.-Luc. § 18: *Σόλων καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακός, οἵτινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη.*

2. Schol. Plat. de re publ. p. 599e (in vita Solonis): *ἔτη γεγονὼς ὀγδοήκοντα ἐν Κύπρῳ τελευτᾷ.*

3. Diog. Laert. I, 62: *ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα.*

4. Plut. Sol. cap. 32: *ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, συχνὸν χρόνον, ὡς δὲ Φανίας ὁ Ἐρέσιος ἐλάττονα δυοῖν ἐτῶν· ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ* (561/60, cf. Jac. p. 167—173) *ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος, ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνά φησιν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν τοῦ μετὰ Κωμίαν ἄρξαντος.*

Aetatem octoginta annorum, quam Soloni tribuunt scholiasta Platonis et Diogenes (test. 2 et 3), Apollodoream non esse demonstravit Jacoby.[2] Sed Hesychius nescio quem auctorem secutus illam memoriam exhibuit. Verisimile enim est scholiastam Platonis hoc quoque loco pendere ab Hesychio.[3] Ille autem numerus sumptus videtur esse ex fragm. 20 Bergkii:

Καὶ μεταποίησον, Λιγυαστάδη, ὧδε δ' ἄειδε·
Ὀγδωκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου.[4]

Contra Heraclides (test. 4) certum numerum proferre veritus est, tamen fabellam, qua Solo cum Croeso congressus esse traditur, retinere voluit. Ps.-Luciani autem numerum computatione inventum esse ne ego quidem credo.[5]

---

1) Jac. p. 165; Busolt, Griech. Gesch. II² 258³ et 311².

2) p. 173/4.

3) Mettauer, De schol. Plat. font. 1880 p. 54 sq. Attendas velim et scholiastam Platonis et Diogenem, qui Soloni 80 annos tribuunt, hoc quoque tradere Cypri eum mortuum esse, hanc autem memoriam apud Suidam quoque, Hesychii sectatorem, legi. Scribit enim sub voce *Σόλων: οἱ δὲ καὶ τοὺς ἐν Κύπρῳ Σόλους ἐξ αὐτοῦ φασι καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν ἐν Κύπρῳ.*

4) Exempla affert Jac. p. 175[24].

5) cf. Jac. p. 175; Flach, Gesch. der griech. Lyrik II, 375² 100 annos ab Heraclide fictos esse contendit. Sed manifestum est Ps.-Luciani de Solone testimonium ex eodem fonte fluxisse atque ea, quae de Thalete et Pittaco tradit; quae nihili esse postea apparebit.

IV. De Thalete.[1]

1. Ps.-Luc. § 18: *Σόλων καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακός, οἵτινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη.*

2. Diog. Laert. I, 37 = Apoll. fr. 15 Jac.

   1. *φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς γεγενῆσθαι αὐτὸν* (scil. *Θαλῆν*) *κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος* (640/39, lege *ἐνάτης* = 624/3).
   2. *ἐτελεύτησε δ' ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὀκτώ.*
   3. *ἤ, ὡς Σωσικράτης φησίν, ἐνενήκοντα.*
   4. *τελευτῆσαι γὰρ ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος* (548/44), *γεγονότα κατὰ Κροῖσον, ᾧ καὶ τὸν Ἅλυν ὑποσχέσθαι ἄνευ γεφύρας περᾶσαι, τὸ ῥεῖθρον παρατρέψαντα.*

3. Chron. Pasch p. 268, 10: *Θαλῆς ὁ Ἐξαμύου Μιλήσιος πρῶτος φυσικὸς φιλόσοφος ἀπέθανε ζήσας ἔτη ϙα'.*

4. Sync. 402, 16: *Θαλῆς Ἐξαμύου Μιλήσιος φιλόσοφος εἷς τῶν ζ' φιλοσόφων ἐγνωρίζετο, ὃς λέγεται ζῆσαι ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη.*

5. Hippolytus ref. omn. haer. I, 1, 4 (*Θαλῆς*) *ἐγένετο κατὰ Κροῖσον.*

Omnis de Thaletis aetate quaestio posita est in test. 2, de quo multi viri docti sententias protulerunt. Quas quoniam Jacoby ad fragm. 15 omnes enarravit, satis habeo, quid ipse hac de re sentiam, quam brevissime exponere.

Duae enim gravissimae difficultates sunt in test. 2. Primum manifestum est numeros non recte traditos esse. Nam si verba tradita sequimur, Apollodorus scripsit Thaletem mortuum esse a. 562. Sed Herodotus I, 170 tradit Thaletem Ionibus a Cyro oppressis suasisse, ut societatem facerent. Praeterea I, 75 fabellam affert, qua Croeso Halyn transgrediente Thaletem vixisse demonstratur. Atque illam memoriam ab Apollodoro neglectam non esse et per se certum est et Hippolytus[2] testatur (test. 5). Iam Sardes Apollodorus tradidit deletas esse ol. 58 (548/44).[3] Paulo autem ante Sardes deletas Croesus Halyn transgressus est,[4] paulo post

---

1) Jac. p. 175; Diels M. Rh. XXXI, 15; Zeller I, 1⁵ 181¹.

2) De Apollodoro Hippolyti auctore egerunt Diels Mus. Rh. XXXI, 23 et Jac. p. 35[45]. Certissima argumenta mihi videntur esse, quod et de Anaximandri anno natali (Jac. p. 189) et de Xenophanis patre (Jac. p. 204 cf. de Xen. test. 4 et 8 p. 32 h. comm.) inter se consentiunt.

3) cf. Jac. ad fr. 18 (p. 193) et ad fr. 11 (p. 150 sq.)

4) Her. I, 76—86.

Cyrus Iones subegit. Rursus si Thales natus est a. 640/39, mortuus autem est ol. 58, plus nonaginta annos vixit. Deinde incertum est, ad utrum vitae spatium part. 4 pertineat.

Atque Jacoby, Rohdeum[1]) secutus, part. 4 ad Sosicratem refert. Apollodorum enim ait eundem annum fatalem exhibuisse quem Sosicratem, sed in part. 1 Apollodorum scripsisse *ΛΘ*, quem numerum a librariis corruptum esse in *ΛΕ*. Itaque Sosicratem conclusisse Apollodorum in computando vitae spatio errasse atque extremis verbis demonstrare, cur Apollodori de aetate memoriam recusaverit suumque numerum ediderit. Scribendum autem esse non 90, sed 94 (ab a. 640/39 usque ad a. 546, cf. p. 15[2] huius comm.).

Neque tamen illa interpretatio stare potest. Immo vero, qui part. 4 Sosicrati tribuit, mea quidem sententia concedere cogitur Apollodorum aut priori anno quam Sosicratem Thaletis mortem adscripsisse aut, quo anno Thales mortuus esset, omnino non commemorasse. Nam Sosicrates, si, ut putant Rohde et Jacoby, cum Apollodori textu de annis et natali et fatali consensisset, Apollodorum refutare non ita potuisset, ut diceret: sed Thales mortuus est ol. 58, immo vero dicendum ei fuit: errat Apollodorus; nam inter ol. 35, 1 et ol. 58, 3 intercedunt non 78 anni, sed 94.

Sed Apollodorum Thaletis mortem priori anno quam Sosicratem non adscripsisse supra exposui. Apollodorum autem, quo anno Thales mortuus esset, omnino non indicasse vix quisquam concesserit. Nam, ut leviora argumenta omittam, primum constitit Thaletem ol. 58 vixisse. Tum Thaletis vitam usque ad Croesi tempora Apollodorum protraxisse, ergo non solum, quo anno natus esset, commemorasse testatur Hippolytus (test. 5). Deinde, ni fallor, e Diogenis verbis apparet, quot annos Thales vixisset, Apollodorum ipsum non tradidisse, sed a Diogenis auctore Apollodori testimoniis adhibitis computatum esse. Attende enim quaeso, quam mire Diogenis verba composita sint: principio oratione quae vocatur obliqua usus affert, quid Apollodorus de anno natali iudicaverit; deinde quasi de suo addit, quot annos Thales vixerit.[2]) Sed hac de re postea.

---

[1]) Mus. Rhen. XXXIII, 212[1].

[2]) Eadem dicendi varietas exstat in fr. 55 Jac. (p. 314) = Diog. Laert. VIII, 90: *ὁ δ' αὐτός (Ἀπολλόδωρος) φησι τὸν Κνίδιον Εὔδοξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα* (368/4) *εὑρεῖν τε τὰ περὶ τὰς καμπύλας γραμμάς· ἐτελεύτησε δὲ τρίτον ἄγων καὶ πεντηκοστὸν ἔτος.* Neque vero quisquam aut demonstrare potest ultimam sententiam referendam esse ad Apollodorum aut negare illum locum eodem modo explicandum esse, quo hunc postea explicare conabor.

Quibus rebus expositis demonstrasse mihi videor eos, qui part. 4 Sosicrati tribuunt, in difficultates haud contemnendas incidere. Iam quaerendum est, nonne part. 4 ad Apollodorum pertineat. Quod si statuimus, totus locus perspicuus est, si cum Dielesio in part. 1 pro *ΛΕ* scribitur *ΛΘ*, quae coniectura est lenissima.[1]) Extrema enim particula Diogenis auctor demonstrat, quomodo annorum numerum a se traditum computaverit: Thaletem enim ⟨ait Apollodorus⟩ mortuum esse ol. 58.[2]) Hac ratione mira dicendi varietas facillime explicatur. Apollodorus autem ut in fragm. 17 Jac.[3]) hoc tantum dixisse videtur Thaletem brevi post ol. 58, 3 [2]) mortuum esse.[4]) Quae sententia, si Apollodorus ipso eo anno Sardes deletas esse tradidit, etiam magis firmatur. Nam ab a. 624/3 usque ad a. 546/5 79, non 78 annos numerasset.[5]) Neque mirum est idem dicendi genus apud Diogenem alio loco non exstare.[6]) Nam quis apud eum, qui multos auctores sequitur, qui ipsi quoque multis e fontibus hauserunt,[7]) certum sibique constantem dicendi rationem exspectare audebit?

Denique quomodo Sosicrates et auctor chronici Paschalis (test. 3)[8]) numeros suos invenerint, incertum est. Ps.-Luciani autem testimonium summa cum licentia fictum videtur esse. Tamen Syncellum (test. 4) similem memoriam exhibere[9]) moneo.

---

[1]) Diels, Mus. Rh. XXXI p. 16.

[2]) Apollodorus ol. 58, 3 exhibuisse videtur. Sosicrates enim, qui ab Apollodoro pendet (cf. Jac. 32[38], Diels, Mus. Rh. XXXI p. 20), ei anno Croesi interitum adscripsit, cf. Jac. p. 150—153.

[3]) p. 189 Jac.

[4]) Simile mihi videtur esse fr. 36 Jac. (p. 244), in quo Apollodori auctoritate nihil probatur nisi quo anno Anaxagoras natus quoque mortuus sit. Inde posteriores, quot annos vixisset, computasse videntur.

[5]) Jac. p. 58.

[6]) Jac. p. 176.

[7]) Schwartz apud P.-Wiss. V, 750 sub voce Diogenis.

[8]) Rohde, Mus. Rh. XXXIII, 212[1] pro *ϛΑ* coniecit *ϛΔ*, ut eum numerum, quem Sosicrati tribuit, efficeret. Sed eius de test. 2 iudicio refutato deest argumentum.

[9]) Ruehl, Mus. Rh. LXII, 1907 p. 426. Syncelli testimonium refert ad eam memoriam, qua Thales a. Abr. 1377 = ol. 35, 1 (OMAP.) floruisse traditur.

V. De Pittaco.[1]

1. Ps.-Luc. § 18: *Σόλων καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακός, οἵτινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη.*

2. Diog. Laert. I, 79 = Ap. fr. 13 Jac.: *ἤκμαζε μὲν οὖν (Πιττακὸς) περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα* (612/8), *ἐτελεύτησε δ' ἐπὶ Ἀριστομένους τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς δευτέρας ὀλυμπιάδος* (570/69) *βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ἑβδομήκοντα ἤδη γεραιός.*

3. Suidas sub voce *Πιττακός*: *οὗτος γέγονε κατὰ τὴν τριακοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα* (652/48), *εἷς καὶ αὐτὸς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὤν. ἔγραψε νόμους. καὶ τῇ τετταρακοστῇ δευτέρᾳ ὀλυμπιάδι* (612/8) *Μέλαγχρον τὸν τύραννον Μιτυλήνης ἀνεῖλε καὶ Φρύνωνα στρατηγὸν Ἀθηναίων πολεμοῦντα ὑπὲρ τοῦ Σιγείου μονομαχῶν ἀπέκτεινε, δικτύῳ περιβαλὼν αὐτόν.*

4. Diog. Laert. I, 75: *ὁ δὲ (Πιττακὸς) δέκα ἔτη κατασχὼν (τὴν ἀρχὴν) καὶ εἰς τάξιν ἀγαγὼν τὸ πολίτευμα κατέθετο τὴν ἀρχὴν καὶ δέκα ἐπεβίω ἄλλα.*

Si test. 2 sequimur, Pittacus floruit ol. 42, quam olympiadem ideo electam esse e Suidae verbis apparet (test. 3), quod ea aetate Melanchrum tyrannum Mytilenis expulit.[2] Inde sequitur natum eum esse ol. 32, id quod cum Suidae testimonio concinit.[3] Ergo si cogitamus de primis annis illarum olympiadum, ol. 52, 3 (test. 2) plus 80 annos natus fuit. Sed illo anno plus 70 annos natum eum fuisse Diogenes tradit (test. 2). Itaque primus Meursius,[4] deinde alii[5] pro *ἑβδομήκοντα* scripserunt *ὀγδοήκοντα*. Sed Jacoby[6] Diogenem eam aetatem, qua usus dictatura se abdicavit, pro toto vitae spatio habuisse suspicatus est.[7] Atque quamquam Diogenis errores, quos exempli causa affert, non plane eiusdem

---

Sed si a. 1377 40 annos natus fuit, a. autem 1469 (OMSA.) = ol. 58, 1 vel ol. 58, 3 mortuus est, plus 100 annos eum vixisse dici vix potest. — De Hieronymi codicibus nuper egit Schwartz, Berl. philol. Wochenschr. 1906 p. 750.

[1]) Jac. p. 156.

[2]) Jac. 159 [9].

[3]) Rohde, M. Rh. XLII, 476.

[4]) De arch. Athen. I cap. 14.

[5]) ut Bergk, Gr. Litt. II, 272 [2], Rohde, M. Rh. XLII, 476.

[6]) Jac. p. 162.

[7]) Statuit igitur test. 4 ex eodem fonte fluxisse atque test. 2, id quod satis est probabile.

generis sunt,[1]) tamen illam explicationem recipio. Nam praeterquam quod tale mendum fieri facillime cogitari potest, verbis *ἤδη γεραιός* commoveor. Fortasse enim Diogenes haec fere legit: *κατέθετο τὴν ἀρχὴν ἤδη γεραιὸς βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ἑβδομήκοντα, ἐτελεύτησε δ' ἐπὶ ἄρχοντος* et quae sequuntur.[2]) Atque memoriam traditam a Diogene perturbatam esse non est quod miremur.

Quibus rebus expositis ne hoc quidem loco Ps.-Luciani testimonium aut antiqua memoria aut grammatici ullius gravissimi computatione niti apparet. De auctoritate autem reliquae de Pittaco memoriae vide, quae exposuit Jacoby p. 162 sq.

VI. De Zenone.[3])

A. Quot annos vixerit.

1. Ps.-Luc. § 19: *Ζήνων ὁ τῆς Στωικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα* (ἔζησεν ἔτη), ὅν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ προσπταίσαντα ἀναφθέγξασθαι· τί με βοᾷς; καὶ ὑποστρέψαντα οἴκαδε καὶ ἀποσχόμενον τροφῆς τελευτῆσαι τὸν βίον.*

*cod H *ε' καὶ ϙ'*, *Ω ϱ' καὶ ϛ'*

2. Diog. Laert. VII, 28:

1. *ὀκτὼ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα βιοὺς ἔτη κατέστρεψεν ἄνοσος καὶ ὑγιὴς διατελέσας.*
2. *Περσαῖος δέ φησιν ἐν ταῖς ἠθικαῖς σχολαῖς δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἐτῶν τελευτῆσαι αὐτόν,*
3. *ἐλθεῖν δ' Ἀθήναζε δύο καὶ εἴκοσιν ἐτῶν,*
4. *ὁ δ' Ἀπολλώνιός φησιν ἀφηγήσασθαι τῆς σχολῆς αὐτὸν ἔτη δυοῖν δέοντα ἑξήκοντα.*

3. Diog. Laert. VII, 9. Zeno in epistula ad Antigonum regem missa haec scribit:

ἐγὼ συνέχομαι σώματι ἀσθενεῖ διὰ γῆρας· ἐτῶν γάρ εἰμι ὀγδοήκοντα.

---

[1]) Illis enim locis (fr. 69 Jac. = p. 346/7 et p. 389) nonnulli anni ad aliud temporis spatium cum errore adduntur, non, ut hac in quaestione statuit Jacoby, spatium neglegitur. De Cleanthe autem aliter iudicandum est, cf. p. 31 h. comm.

[2]) Verba *ἤδη γεραιός* Cobet in editione cancellis inclusit. Neque vero qua de causa quisquam in textum inseruerit, intellegitur. Jacoby p. 162 [13] aut eicere vult aut addere *ὅτε κατέσχε τὴν πολιτείαν*, id quod hoc demum loco proferri minime veri simile est.

[3]) Jac. p. 362; Zeller III, 1 [3], 27 [4]; Susemihl, Alex. Litt. I p. 48.

4. Suidas sub voce *'Αύεις*: *Ζήνων γὰρ ὁ Κιτιεὺς ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε καὶ τὸν δάκτυλον περιέρρηξε, παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρί, φησὶ τὸ ἐκ Νιόβης· ἔρχομαι, τί μ'αὔεις; καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησεν ἀναπνίξας ἑαυτόν, βιοὺς δὲ ἔτη ἐνενήκοντα ἄνοσος. οἱ δὲ δυοῖν δέοντα ἑξήκοντα ζῆσαι αὐτὸν ἔτη φασίν.*

5. Suidas sub voce *Ζήνων* = I, 2 p. 725, 1 Bernh.

ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἐνενήκοντα ἀφελὼν ἑκάστοτε τῆς τροφῆς, ἕως ἀτονίᾳ διεφθάρῃ.

6. Philod. *περὶ τῶν φιλοσόφων* col. IV Neap. (= III Oxf.)

7. *γίνετα(ι βε-*
βιωκὼς ὁ Ζήνων . . . ιδε . . . . .
. α τῶν ϙ̄ καὶ ᾱ ἐτῶν . ἀπὸ

Eum textum exscripsi, quem cum Belochio communicavit Croenert; cf. Griech. Gesch. III, 2, 39. Alteram partem huius fragmenti exhibet test. 8.

B. Quomodo mortuus sit.

7. Diog. Laert. VII, 28: *ἐτελεύτα δὴ οὕτως· ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε καὶ τὸν δάκτυλον περιέρρηξε· παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρί, φησὶ τὸ ἐκ Νιόβης· ἔρχομαι τί μ' αὔεις; καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησεν ἀποπνίξας ἑαυτόν.*

cf. test. 1, 4, 5; praet. Stob. VII, 44 = Hense p. 321 et Lact. Instit. III, 18.

C. Quo anno mortuus sit.

8. Pergitur test. 6.

ἀπὸ
10. *Κλεάρχου γὰρ ἐπ' (Ἀρρ)ενε(ί-*
δην, ἐφ' οὗ σημ(ειωθ)ῆναι (τε-
τελευτηκένα(ι) Ζήνωνα, ἔτη
ἐστὶν ἐννέα κα(ὶ) τριάκο(ντα
καὶ μῆνες τρεῖς

cf. test. 6 et Jacoby, Mus. Rh. LIX 1904 p. 81.

9. Populiscito, quo Zenoni sepulcrum in Ceramico conceditur, haec verba praescripta sunt (Diog. Laert. VII, 10):

Ἐπ' Ἀρρενείδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας,

ἐκκλησία κυρία, τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἵππων Κρατιστοτέλους Ξυπεταιὼν καὶ οἱ συμπρόεδροι, Θράσων Θράσωνος Ἀνακαιεὺς εἶπεν.

10. Phil. *π. φιλοσ.* col. III = Apoll. fr. 85 Jac. p. 375:

καὶ Ἀπολλό(δω)ρος δὲ τὸ κα(θηι-
ρ)ῆσθαι (τίθησι τ)ὴν πόλιν (ἐπ' Ἀν-
τιπ)άτρου τ(οῦ) πρὸ Ἀρρενείδ(ου
καὶ φρουρ(ὰν εἰς) τὸ Μουσεῖον (τότε
εἰσῆχθ(αι ὑπ') Ἀντιγόνου (καὶ τὰς
ἀρχὰς (ἀνῃρησθ)αι καὶ πᾶν ἐν(ὶ
βουλεύ(ειν? ἐφ)εῖσθαι· δῆλον
οὖν ὡς σ . . . . . . (ἐ)κάλεσεν ἀ . . .
πρὸς ε . . . . δὲ βουλομ . . . .

Rohde Mus. Rh. XXXIII 1878 p. 622 his praeterea testimoniis usus est:

11. Ps.-Luc. 19: *Κλεάνθης ὁ Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γεγονὼς . . .*

cf. de Cleanthe test. 1, 2, 3 p. 30 h. comm.

12. Index Stoicorum col. XXIX:

(γεγονέναι Κλε-) | άνθην ἐπ' ἄρχον(τος) | Ἀριστοφάνους (331/30) *κα(ὶ) | τὴν σχολὴν δια(κατα-) | σχεῖν ἐπ' ἔτη τριάκ(ο)ν- | τα καὶ (ἕ)ν. (Δ)ιονύσι(ος) | τοίν(υν).*

Gomperz Mus. Rh. XXXIV, 155 post *καί* vidit lineolam libratam, quam litterae *Δ* basim esse suspicatus est. Itaque supplevit *δύο.* Sed cf. Beloch, Griech. Gesch. III, 2, 472.

13. Hier. sub ol. 129, 1 = 264/3 (Arm. 128, 1): Zeno Stoicus moritur, post quem Cleanthes.

D. Testimonia quae eis quae antecedunt aut repugnant aut repugnare videntur.

14. Diog. Laert. VII, 6: (*Ζήνων*) *Περσαῖον ἕνα τῶν γνωρίμων ἀπέστειλεν, ὃς ἦν Δημητρίου μὲν υἱός, Κιτιεὺς δὲ τὸ γένος, καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα* (260/56), *ἤδη γέροντος ὄντος τοῦ Ζήνωνος.*

15. Strabo I p. 15 = I p. 18, 21 Mein.

(*Ἐρατοσθένης*) *οὔτ' ἐπὶ τοσοῦτον πιστός, ἐφ' ὅσον παρεδέξαντό τινες, καίπερ πλείστοις ἐντυχών, ὡς εἴρηκεν αὐτός, ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. ἐγένοντο γάρ, φησίν, ὡς οὐδέποτε κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἕνα περίβολον καὶ*

μίαν πόλιν οἱ κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλόσοφοι. οὐχ ἱκανὸν δ' οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον. ὁ δὲ Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν ... ἐν αὐταῖς γὰρ ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις ἱκανὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς ἑαυτοῦ γνώμης. ἢ τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησι τῶν μὲν ἐκεῖνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται, τοὺς δὲ ἐκείνῳ διενεχθέντας καὶ ὧν διαδοχὴ οὐδεμία σῴζεται, τούτους ἀνθῆσαί φησι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον.

16. a) Diog. Laert. VII, 2:

διήκουσε δέ, καθάπερ προείρηται, Κράτητος, εἶτα καὶ Στίλπωνος ἀκοῦσαί φασιν αὐτόν, καὶ Ξενοκράτους ἔτη δέκα, ὡς Τιμοκράτης ἐν τῷ Δίωνι, ἀλλὰ καὶ Πολέμωνος.

b) Euseb. praep. ev. XIV, 5, 11: *Ζήνωνα μὲν οὖν μέμνημαι εἰπὼν Ξενοκράτει, εἶτα δὲ Πολέμωνι φοιτῆσαι, αὖθις δὲ παρὰ Κράτητι κυνίσαι.*

Locus e Numenii Neoplatonici libro qui inscribitur *περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως* (cf. XIV, 4, 16) sumptus est.

De quaestione, quam nunc tractaturus sum, tot viri docti tam diversas sententias protulerunt, ut in re ipsa exponenda vix queant afferri. Itaque antequam ad rem ipsam accedam, quae adhuc disputata sint, quam brevissime exponam.

Atque Clinton, Fasti Hell. II^3 453^1 in Persaei testimonio (test. 2, 2) 72 mutat in 92 hoc miro argumento usus: we are not to imagine that Persaeus could be ignorant of the age of Zeno, we must therefore suppose *ἑβδομήκοντα* be an error of the copy for *ἐνενήκοντα*. Neque vero, quoniam nova exstant testimonia, reliquas eius de Zenonis aetate coniecturas proferre oportet. Eadem de causa has commentationes affere satis habeo:

Zumpt, Über den Bestand der philos. Schulen, Ann. Berol. 1842 p. 100.

Roeper, Philol. IX 1854 p. 27.

Koepke, De Arati Solensis aetate, Gubenii 1867.

Weygoldt, Zenon von Kittium und seine Lehre, diss. Jen. 1872.

Droysen, Gesch. des Hell. III, 1^2 228^3 1887. Sed anno 1875 Comparetti, Rivista di filol. class. III p. 449 nova de Stoicis philosophis fragmenta publici iuris fecit (test. 12). Ille quidem scripsit *τριάκοντα καὶ ὀκτώ*, Gomperz autem, Jenaer Literatur-

zeitung 1875 p. 605a, si pro *ὀκτώ* suppleri posset *δύο*, fore, ut magna testimoniorum multitudo concineret, significavit. Qua coniectura usus Rohde, Mus. Rh. XXXIII 1878 p. 622 hanc computandi rationem protulit: Cleanthem natum esse a. 331/30 (test. 12); ergo, quia 99 annos vixisset (test. 11), mortuum eum esse a. 232/31. Deinde 32 annos scholae praefuisse (test. 12). Ergo Zenonem, cui successit, mortuum esse a. 264/3. Quem numerum putavit confirmari Hieronymi testimonio (test. 13). Praeterea primus censuit Persaei testimonium mutandum non esse, immo vero epistulam ab Apollonio allatam[1] (test. 3) ea ipsa de causa, quod Persaei testimonio repugnaret, spuriam esse indicandam. Haec autem epistulam a. 283/2, quo anno Demetrius Antigoni pater mortuus esset, scriptam esse Apollonium iudicasse indeque collegisse Zenonem 98 annos vixisse. — Atque anno post Gomperz vestigium vocabuli *δύο* invenisse sibi visus est, cf. test. 12. Itaque cum res absoluta videretur esse, proximis annis hoc potissimum quaesitum est, quos auctores in describenda Zenonis vita Diogenes secutus esset. Huic rei operam dederunt Wilamowitz, Antigonos von Karystos, Philol. Unters. IV 1881 p. 103 et Susemihl, Ann. Fleckeis. CXXV 1882 p. 737.[2] Sed illa minus pertinent ad hanc quaestionem.

Attamen de Zenonis aetate novam quaestionem instituit Unger, Ann. Monac. 1887 I p. 101. Recusat enim Rohdei sententiam, quia Eratosthenes Zenonem, si ille a. 264/3 mortuus esset, audire non potuisset (cf. test. 15).[3] Deinde minime verisimile esse in test. 12 *γεγονέναι* supplendum esse, immo vero statuit Aristophane quodam archonte Cleanthem Zenoni successisse. Ipse ex test. 14 Zenonem non ante a. 256/5 mortuum esse concludit. Sed brevi post refutatus est a Susemihlio in Anal. Alex. II Ind. lect. Greifswald. 1888/9.

Anno post Ungerum scripsit Brinker, Das Geburtsjahr des Stoikers Zenon von Kition und dessen Briefwechsel mit Antigonos Gonatas, Sverinii 1888. Ille omnes numeros[4] praeter eos, qui

---

1) Diog. Laert. VII, 8.

2) Hanc incommentationem vehementer invectus est Rohde, Ann. Fl. CXXV p. 831; cui respondit S. CXXVII, 223.

3) cf. p. 25 huius comm.

4) Diog. VII, 2 tradit Zenonem invenem 30 annorum Athenas venisse, VII, 4, per 20 annos praeceptores audisse.

Persaeo tribuuntur, ad Apollonium refert; sed ut inter se concinant, Zenonem non 58, sed 48 annos scholae praefuisse statuit. Hunc autem unum ex Apollonii numeris verum esse ait. — Illi recte repugnavit Susemihl, Ann. Fleck. CXXXIX 1889 p. 745.

Nuper testimonio 10 invento quaestio denuo tractata est. Illud enim primus Jacoby, De Apoll. Athen. Chron. 1900 p. 18[77] publici iuris fecit. Huius fragmenti ignarus Beloch, Klio I p. 418 Diogneto, a quo Marmor Parium quod vocatur annos numerat, annum 264/3 tribuit, Arrhenidi, quo archonte Zeno mortuus est (test. 8 et 9), a. 265/4. Qua re commotus Jacoby, Klio II, 163 iterum illud fragmentum exscripsit et hunc ordinem posuit: 265/4 archon fuit Antipater, a. 264/3 Arrhenides, a. 263/2 Diognetus. Eandem sententiam protulit in libro, qui inscribitur Apollodors Chronik, quo in libro totam quaestionem retractavit (p. 362). Satis est commemorare eum omnibus de rebus cum Rohdeo consentire. Ceterum p. 363[6] novum fragmentum (test. 6 et 8) edidit; sed cum Croenert ultimos versus non exscripsisset, utilitatem ex eo capere non potuit. Hoc fragmentum accuratius Beloch, Klio II, 473 edidit. Atque Arrhenidem a. 262/1, Antipatrum a. 263/2, Diognetum a. 264/3 archontes fuisse statuit. Interea Jacobyi sententiam retinere studuerat Kirchner, Herm. XXXVII 1902 p. 435, cui respondit Beloch, Herm. XXXVIII 1903 p. 130. Belochio autem assensi sunt Lehmann, Klio III, 170, IV, 122, Niese, Gesch. d. griech. u. mak. Staaten III, 384/5.

Tamen Gomperz, Ann. Vindob. CXLVI 1903 comm. 6 novam de Zenonis aetate sententiam protulit. Recipit enim Philodemi numerum (test. 6). Sed eum, cum falsa lectione test. 6 et 8 nitatur, refutare opus non est.

Ceterum Jacoby, Mus. Rh. LIX 1904 p. 83[3] Belochio concedit Diogneto annum 264/3, Arrhenidi 262/1 tribuendum esse; sed dubitat, quomodo Rohdei computatio cum hac re coniungi possit (p. 81).

Quibus rebus expositis ad meam sententiam demonstrandam transibo. Ac primum constare mihi videtur de Zenonis aetate uni Persaeo credendum esse (test. 2, 2), qui 72 annos eum vixisse tradit. Persaeus enim Zenonis non solum discipulus, sed etiam familiaris fuit.[1]) Atque vel ideo, quod Persaei testimonio repugnat,

---

[1]) Diog. Laert. VII, 13: *σὺν Περσαίῳ τὴν αὐτὴν οἰκίαν ᾤκει (Ζήνων).* Ind. stoic. col. XII = de Arnim Stoic. vet. fragm. I, test. 437: *μάλ(ι)στα μὲν | οὖν τῶν*

Zenonis epistulam (test. 3) esse spuriam iudicare necesse est.[1]) 98 autem annos Apollonium Tyrium Zenoni tribuisse demonstravit Rohde.[2]) Itaque Ps.-Lucianus etsi eum sequi non possumus, vituperari non potest, quod cum hoc tam gravi auctore erravit. Apollonii enim e libro, qui inscribitur *πίναξ τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων,*[3]) Stoicorum librorum indices, quos tradidit Diogenes, sumpti videntur esse.[4]) Neque numerum suum finxit, sed spuria illa epistula deceptus[5]) computavit. Inter Apollonii autem memoriam Persaei numeros ex alio libro insertos esse cognovit Rohde,[6]) accuratius demonstravit Susemihl.[7])

Reliqua de Zenonis aetate testimonia non minus quam Apollonii recusanda sunt. Atque apud Suidam (test. 4 et 5) pro 90 scribendum esse 98 Jacoby[8]) recte statuit. Sed num Philodemi numerus epistula illa spuria adhibita computatus sit, ut statuerunt Rohde[9]) et Jacoby,[10]) valde dubito. Immo vero ille numerus ita videtur inventus esse, ut anni, quos ante Clearchum et post eum vixisset, adderentur.[11])

μαθητῶ(ν) | ὑπὸ τοῦ Ζή(ν)ωνος ἠ | γαπᾶ(τ)ο ὁ Περσ(αῖ)ος, ἀλλὰ | (δ)ὴ κ(αὶ) συνεβίου· καὶ (τέθ)ραπται δ' ὑπ' αὐτοῦ, | ὡς (λέγετ)αι πρὸς ἐνίων, (δοῦλος ὢν) οἰκογενής.

[1]) Rohde, Mus. Rh. XXXIII, 623. Wilam., Ant. v. Kar. p. 110.

[2]) Mus. Rhen. XXXIII, 178[2]. — Beloch, Griech. Gesch. III, 2, 471, quod numerorum differentia ei nimia videtur, pro 72 scribere mavult 92. Sed Agathocli alii 72, alii 95 annos tribuerunt; cf. p. 7[4] huius c.

[3]) Strabo XVI, 757 = Mein. III, 1051, 2.

[4]) Wilam., Ant. v. Kar. p. 109. Ei assensus est Dyroff, Über die Anlage der stoischen Bücherkataloge. Wirzeburgi 1896 p. 33.

[5]) Rohde, Mus. Rh. XXXIII p. 623; cf. Wilam., Ant. v. K. p. 110. Nunc autem, quod Zenonem a. 262/1 vel 261/60 mortuum esse constat (cf. p. 24 h. comm.), statuendum est eum illam epistulam a. 280/79 vel 279/8 tribuisse, id quod eo facilius cogitari potest, quod a. 280/79 pace cum Antiocho facta (Niese, Griech. Gesch. II, 23) Antigonus philosophiae primum vacare coepit.

[6]) Mus. Rh. XXXIII, 178[2].

[7]) Ann. Fleckeis. CXXV, 739.

[8]) p. 365. Nam test. 4 ex Diogenis libro sumptum esse apparet (cf. test. 7). Sed, id quod neglexit Jacoby, sub voce *Ζήνων* spectat ad eam fabellam, quam exhibet Ps.-Lucianus. Attamen cum ea quoque fabula aetas 98 annorum coniuncta est. Atque eorum, quae Suidas exhibet sub voce *Ζήνων*, posteriorem tantum partem e Diogenis libro fluxisse demonstravit Volkmann, Quaest. de Diog. Laert. cap. I p. 12, progr. Vratislaviense 1890.

[9]) Mus. Rh. XXXIII, 624.

[10]) p. 367[14].

[11]) De Arnim ad fragm. I, 36a.

Atque de variis fabellis, quae de Zenonis morte feruntur, supra[1] breviter egi. Hac autem de re omnes inter se consentiunt Zenonem sibi ipsum mortem conscivisse, id quod, si Stoicorum placita respicimus,[2] prorsus incredibile non est.[3]

Nunc paucis erit demonstrandum, quo anno Zeno mortuus sit. Hoc enim tempore invento apparebit unum vel duo testimonia eis, quae supra de Zenonis aetate statuimus, repugnare videri. Atque inter Clearchum, id est a. 301/300, et Zenonis mortem 39 annos interfuisse testimonio 8 memoriae traditur. Ergo, quoniam qua computandi ratione auctor usus sit, non constat, Zeno mortuus est aut a. 263/2 aut 262/1 aut a. 261/0. Beloch[4] et Jacoby[5] quidem, quia in ultimo versu legunt *καὶ μῆνες* . . ., annum quo Zeno mortuus sit, ad illos 39 annos efficiendos adhibitum non esse itaque de uno anno 262/1 cogitari posse sibi persuaserunt. Sed praeterquam quod si, quantum temporis spatium sit inter duos archontes, computatur, menses omnino inveniri non possunt,[6] non constat, sitne Clearchi annus adhibitus necne. Atqui certum est archontem, cuius anno Zeno vita decessit, fuisse Arrhenidem (cf. test. 8 et 9). Arrhenidem autem antecessit Antipater (test. 10). Ergo, quod anno 264/3 Diognetus adscribendus est,[7] annus 263/2 recipi non potest. Praeterea constat Arrhenidem anno qui dicitur communi archontem fuisse.[8] Sed et annus 262/1 et 261/60 fuerunt communes.[9] Tamen quamvis incerta sit argumentatio, fortasse hoc modo aliquid inveniri potest. Cleanthes enim mortuus videtur esse a. 233/2.[10] Iam *δύο* a Gomperzio et

---

1) cf. p. 23[8] h, comm.

2) Zeller III, 1[3], 305.

3) Susemihl, Alex. Litt. I p. 54[184] eam fabellam ab Hermippo fictam esse iudicat.

4) Klio II, 475.

5) Mus. Rh. LIX, 81.

6) Gomperz p. 6 (cf. p. 22 huius comm.). — Fortasse supplendum est *καὶ μῆνας . . . ἔζησεν ἐπ' αὐτοῦ* vel *καὶ μῆνες . . . εἰσὶν εἰς* . . . sequitur mensis, quo Zeno mortuus est.

7) Beloch, Klio II, 473; Jac., Mus. Rh. LIX, 83[1]. In libro qui est de Apollodori Chronicis Diognetum anno 263/2 adscripserat; sed sibi ipse repugnavit p. 168[9], 169[11], 170[12].

8) Unger, Philol. Suppl. V 1889 p. 711. Sequitur ex test. 9.

9) Schmidt, Handbuch der griech. Chronol p. 791, quo in indice littera b anni intercalarii significantur.

10) Jac. p. 370/1. Sed cf. p. 31 huius comm.

Rohdeo in test. 12 falso suppletum esse apparet. Quo numero omisso,[1] quoniam Cleanthes 30 annos scholae praefuit, Zenonem a. 262/1 mortuum esse necesse est. Quod idem est iudicandum, si cum Belochio legimus *τριάκοντα καὶ ἕν*. Ille enim numerus sic tantum recipi potest, ut Cleanthem a. 232/1 (cf. test. 11 et 12 p. 19), Zenonem a. 262/1 mortuum esse statuamus.

Hoc si recte statui, Zeno natus est a. 334/3 vel 333/2, Athenas venit a. 312/1 vel 311/10 (test. 2, 2 et 3), mortuus est a. 262/1. Atque mihi persuasi mortuum eum esse post Maemacterionem, quo mense populi scitum datum est. Argumenta autem in appendice proferam.[2] Sed hoc addendum est ea, quae de Philemonis morte accepimus, cum eis quae supra invenimus, optime concinere.[3]

Eo minus aliis testimoniis commoti huic certissimae memoriae fidem denegabimus. Atque quae Diogenes de Persaei aetate tradit (test. 14), Rohdei[4] interpretatione recepta contraria non sunt. Alter locus legitur apud Strabonem (test. 15), de quo accurate egit Wilamowitz.[5] Neque quisquam propter hoc testimonium, etsi Suidas de Eratosthene verum tradidit,[6] Philodemi memoriam reiciet.[7] Ne hoc quidem e Strabonis loco concludere licet antiquis temporibus fuisse qui Zenonem post a. 262/1 (vel 261/0) mortuum esse traderent.[8]

---

1) Repugnat vocabulum *ἕν*, cuius tamen vestigia incertissima sunt.

2) cf. p. 28 huius comm.

3) Beloch, Klio II, 473. cf. p. 59 huius comm.

4) Mus. Rh. XXXIII, 178[2].

5) Jac. 364[7]. Wil. contendit Zenonem apud Eratosthenem commemoratum esse. Sonst würde ihn Strabo deswegen tadeln, inquit, nicht wegen der Nichtnennung der Diadochen. Sed Strabo vituperat Eratosthenem, quod omisit *κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον* quam Arcesilao et Aristoni et quod illos *τῶν καθ' αὑτὸν ἀνθησάντων φιλοσόφων κορυφαίους τίθησιν*. Atque eis temporibus, quibus illi Athenas convenerunt, Zeno mortuus erat; commemorantur enim eius *διάδοχοι*. Ergo neque Strabo exspectare potuit, ut Zenonem magis colendum esse quam illos Eratosthenes adderet neque ex eo, quod Eratosthenem hac de re non vituperat, ab illo Zenonem commemoratum esse concludere licet.

6) Tradit enim sub voce *'Ερ.* natum eum esse ol. 126 (276/2). Sed Tzetzes *π. κωμ.* p. 19 Pl. 11 Kaibel eum *ἡλικιώτην Καλλιμάχου* appellat. cf. Sus. Alex. L. I, 410[4].

7) Passow, Genethl. Götting. 1888, 99—101 coniectura difficultatem tollere conatus est, quem recte refutavit Susemihl, Ann. Fleckeis. CXXXIX, 747.

8) Susemihl, Anal. Alex. II (Ind. lect. Greifsw. 1888/89) p. 23. Praeterea cf. p. 36 huius comm.

Postremo de Timocratis[1]) testimonio (test. 16a et b) disputandum est. Atque constat Xenocratem a. 315/4 mortuum esse,[2]) Zeno autem a. demum 312/1 vel 311/10 Athenas venit.[3]) Itaque Timocratis testimonium reiciendum est.

Tamen Brinker[4]) illi testimonio tantum tribuit, ut eo commotus Persaei numerum in 92 mutaret. Ostendit enim duabus de rebus Zenonem cum Xenocrate[5]) consentire[6]): primum dividere ipsum quoque res in *ἀγαθά, κακά, ἀδιάφορα,* deinde philosophiam partiri in *λογικόν, φυσικόν, ἠθικόν,* quae placita Zenonem in Xenocratis scholis audisse censet. Atque de re ipsa dubitari nequit. Confer enim Sext. Emp. adv. math. XI, 3 p. 546, 13 B. = fr. 76 H. et Stob. ecl. II p. 57, 18 W. = de Arn. I fr. 190, Sext. Emp. adv. math. VII (dogm. I) 16 p. 193, 30 B. = fr. 1 H. et Diog. Laert. VII, 39 = I fr. 45 de Arn.

Tamen nonne cogitari potest Zenonem haec e Xenocratis libris hausisse? Deinde Zeno fuit Polemonis[7]) discipulus, hic autem Xenocratis.[8]) Sed in ea re Zeno maxime dissentit a Xenocrate, quod hic[9]) praeter virtutem alia bona esse statuit, ille[10]) bonum non esse nisi virtutem.

Xenocratis autem de partibus philosophiae sententiam a Polemone receptam esse veri simile est. Nam Sextus adv. math. VII, 16 (= fr. 1 Heinze) illam partitionem tribuit *τοῖς περὶ τὸν Ξενοκράτην,* in quibus si quisquam Polemo numerandus est. Idem e Cic. de fin. IV, 2, 3 collegerim. Dicit enim Cicero: 'existimo igitur, inquam, Cato, veteres illos Platonis auditores: Speusippum, Aristotelem, Xenocratem, deinde eorum Polemonem et Theophrastum, satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam, ut non esset causa Zenoni, cum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret ... qui cum viderent, ita nos esse natos, ut ..., totam philosophiam tris in partes diviserunt, quam partitionem a Zenone esse retentam videmus.' — Hoc unum contra illius loci auctoritatem afferri potest, quod illam partitionem etiam Speusippo et Aristoteli probatam esse Cicero tradit.

Itaque Zeno Xenocratis auditor fuisse ne doctrina quidem demonstratur. Immo vero Cicero, cum Zenonem a philosophis Academicis pendere demonstrare studet, ab uno Polemone Academicorum placita eum accepisse tradit. Cf. Acad. I, 9, 34: 'Speusippus et Xenocrates ... et post eos Polemo et Crates unaque Crantor in Academia congregati diligenter ea, quae a superioribus acceperant, tuebantur. Iam Polemonem audiverant adsidue Zeno et Arcesilaus.' — Hic locus eo plus valet, quod Xenocrates, Polemo alii afferuntur, Polemo autem solus Zenonis magister appellatur. Item de fin. IV, 2, 3, quem locum modo exscripsi. Magni momenti sunt verba: 'cur et ab eo ipso (Polemone) et a superioribus dissideret'. Deinde vide de fin. IV, 18, 51: 'dabit hoc Zenoni Polemo, etiam magister eius et tota illa gens et reliqui, qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes adiungunt ei tamen aliquid summo in bono finiendo.' In quibus Xenocratem fuisse supra[1]) commemoravi. Neque sine aliqua causa ea in re, de qua Xenocrates et Polemo plane inter se consenserunt, ipse Polemo Zenoni opponitur. Etiam de fin. IV, 16, 45 Polemo quasi adversarius Zenonis inducitur: 'Zenonem cum Polemone disceptantem, a quo, quae essent principia naturae, acceperat.' Atque Antiochus Ascalonita, quem Cicero ubique adhibuit, Zenonem, quoniam ex placitis Academicorum doctrinam eum hausisse sibi persuasit,[2]) Xenocratis quoque

[1]) De Timocrate cf. Susemihl, Ann. Fleckeis. CXXV p. 744 et Anal. Alex. II p. 24. Ille enim aut putavit aut demonstrare voluit Zenonem plurimum philosophis Academicis debere. Hoc certe Numerius sibi persuasit, ut e libri indice apparet (cf. test. 16b)

[2]) cf. p. 34 huius comm.

[3]) cf. p. 25 huius comm.

[4]) cf. p. 21 huius comm.

[5]) De Xenocratis placitis cf. Zeller II, 1^4, 1010sq.; Heinze, Xenokrates 1892.

[6]) Wellmann, Ann. Fleckeis. CVII 1873 p. 449.

[7]) Cic. de fin. IV, 45 et IV, 3, cf. textum, Jac. 365^8.

[8]) Zeller II, 1^4, 994^1, et 993^2.

[9]) Zeller II, 1^4, 1028, cf. fr. 89 H.: si ut Chius Aristo dixit solum bonum esse quod honestum esset, malumque quod turpe, ceteras res omnis plane paris ac ne minimum quidem utrum adessent an abessent, interesse, valde a Xenocrate discreparet (Antiochus).

[10]) de Arn. I, 181, 185, 187, 188 alia.

[1]) cf. p. 26^9 huius comm.

[2]) Ac. I § 35: iam Polemonem audiverant adsidue Zeno et Arcesilas. Sed ... Zeno corrigere conatus est disciplinam. De fin. IV § 3 exscripsi in p. 26. De fin. IV § 57: Hic (tuus iste Poenulus, id est Zeno, cf. § 56) loquebatur aliter atque omnes, sentiebat idem atque ceteri (sc. Academici). Nec vero minoris aestimanda ducebat ea, quae ipse bona negaret esse quam illi, qui ea bona esse dicebant. Quid igitur voluit sibi, qui illa mutaverit? Saltem aliquid de pondere detraxisset et paulo minoris aestimavisset ea quam Peripatetici, ut sentire quoque aliud, non solum dicere videretur; cf. Schwartz, P.-Wiss. V, 755.

discipulum fuisse dicere vix omisisset. Hoc autem Antiochum fugisse minime veri simile est.

Quae cum ita sint, Timocratis testimonium reiciendum est. De tribus autem reliquis testimoniis cf. Jac. p. 366.

De populi scito.[1])

Populi scitum ante Zenonis mortem factum esse his ex rebus apparet. Primum verba *ἐξεῖναι αὐτῷ* (de Arn. I p. 7, 34) nisi ad eum qui honoratur referri non possunt. Permulta autem exempla collegit Larfeld, Handbuch der griech. Epigraphik II p. 777, quorum haec affero: CIA. IV, 2, 410 v. 7: *εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ εἰκόνα στῆσαι ἑαυτοῦ χαλκῆν ἐφ' ἵππου ἐν ἀγορᾷ ὅπου ἂμ βούληται πλὴν παρ' Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα*[2]) et III, 1, 2 v. 10: *τύχῃ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῇ βουλῇ τῶν χ' καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι ἀνδριάντα ἀνασταθῆναι ἐν ἀκροπόλει ἀρετῆς ἕνεκα.*[3]) Hoc potissimum notandum est illis quoque in inscriptionibus eis, qui honorantur, permitti, ut certis locis statuas ponant.[4])

Deinde coronam a populo mortuo homini tribui cogitari vix potest.[5]) Atque rem usitatam constitui apparet e verbis *κατὰ τὸν νόμον*.

Argumentorum autem, quae contra sententiam quam sequor allata sunt, gravissimum est, quod Zenoni sepulcrum in Ceramico

— Ac. II, 6, 16: Zenoni . . . nihil reperienti, sed emendanti superiores immutatione verborum (obtrectavit Arcesilas).

[1]) Droysen, Herm. XVI 1881 p. 291 demonstrare studet populi scitum a Diogene traditum ex duobus compositum esse, quorum unum ante mortem, alterum post mortem factum sit. Huic assentitur Beloch, Griech. Gesch. III, 1, 466[3]. — Wilamowitz, Antig. v. Kar. p. 340 sq. illa sententia reiecta Zenoni multo post mortem sepulcrum decerni censet. Unger, Ann. Mon. 1887 I p. 114 et Gomperz, Ann. Vindob. CXXXXVI 1903 comm. VI p. 14 ad Zenonem vivum populi scitum referunt. Susemihl, Alex. Litt. I, 54[186] spurium id esse iudicat; Jacoby, Mus. Rh. LIX 1904 p. 81[3] brevi post mortem factum esse statuit.

[2]) Droysen p. 294[1] genuinane esset inscriptio dubitavit, sed Koehler lapidem ipsum invenit.

[3]) Wil. pro *ἐξεῖναι αὐτῷ* scribit *ἐξεῖναι αὐτῶν* et intellegit alterius magistratus fuisse constituere, ut columnae illis locis statuerentur. Sed verba recte tradita esse priore exemplo demonstrantur.

[4]) Hac in re offendit Droysen p. 294.

[5]) Nepos vit. Pelop. 5,5: 'omnes Thessaliae civitates interfectum Pelopidam coronis aureis . . . donarunt.' Neque tamen hic Atheniensium mos fuit; cf. Gomperz p. 15.

destinatur. Neque quisquam adhuc exemplum afferre potuit. Attamen et eos honores, qui homini vivo, et eos, qui mortuo tribuuntur, illo populi scito decerni clarissime demonstratur exitu (d. Arn. p. 7, 36), quo loco legimus: *ὅπως ἅπαντες ἴδωσιν ὅτι ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ζῶντας τιμᾷ καὶ τελευτήσαντας.* Neque ea verba alio loco in inscriptionibus coniuncta leguntur.[1]) Ac ne hic[2]) quidem Diogenis locus sententiae meae contrarius est: *λέγεται καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Ζήνωνος εἰπεῖν Ἀντίγονον, οἷον εἴη θέατρον ἀπολωλεκώς· ὅθεν καὶ διὰ Θράσωνος πρεσβευτοῦ παρὰ τῶν Ἀθηναίων ᾔτησεν αὐτῷ τὴν ἐν Κεραμεικῷ ταφήν.* Neque enim in populi scito de sepultura, sed de sepulcro agitur. Sepulturam autem per eundem Thrasonem rogatam esse mirum non est. Atque fuisse plura de Zenone populi scita Diogenes ipse auctor est. Legimus enim VII, 29: *Ἀθηναῖοι δὲ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ Κεραμεικῷ καὶ ψηφίσμασι τοῖς προειρημένοις*[3]) *ἐτίμησαν* et VII, 6: *ἐτίμων δὴ οὖν Ἀθηναῖοι σφόδρα τὸν Ζήνωνα οὕτως ὡς καὶ τῶν τειχῶν τὰς κλεῖς παρακαταθέσθαι καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμῆσαι καὶ χαλκῇ εἰκόνι.* Neque vero, etsi claves ei commissas esse cogitari vix potest, statua in populi scito tradito commemoratur. Postremo verba temporis praeteriti, quae sunt in sententia: *ἐπειδὴ Ζήνων Μνασέου Κιτιεὺς ἔτη πολλὰ κατὰ φιλοσοφίαν ἐν τῇ πόλει γενόμενος ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διετέλεσε καὶ τοὺς εἰς σύστασιν αὐτῷ τῶν νέων πορευομένους, παρακαλῶν ἐπ' ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην, παρώρμα πρὸς τὰ βέλτιστα, παράδειγμα τὸν ἴδιον βίον ἐκθεὶς ἅπασιν, ἀκόλουθον ὄντα τοῖς λόγοις οἷς διελέγετο, τύχῃ τῇ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῷ δήμῳ* (d. A. I p. 7, 23) . . ., non minus de vivo quam de mortuo dici possunt, praesertim cum addatur *ἔτη πολλά.* Quamquam exemplum afferre non possum, id quod quoniam causae de quibus Zeno laudatur maximam partem singulares sunt, minime mirum est. — Ceterum si populi scitum ante Zenonis mortem factum est, *τρεῖς*, cuius vocabuli vestigia Croenert legisse sibi visus est (cf. test. 8), stare nequit.

[1]) Larfeld p. 763.

[2]) Diog. L. VII, 15 = d. A. I p. 5, 22.

[3]) Haec verba ab eo auctore, qui complura de Zenone populi scita attulit, sumpta sunt.

VII. De Cleanthe.[1])

1. Ps.-Luc. § 19: *Κλεάνθης ὁ Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γεγονὼς ἔτη φῦμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ᾽ ἑταίρων τινῶν γραμμάτων προσενεγκάμενος τροφὴν καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς ἐξέλιπε τὸν βίον.*

2. Val. Max. VIII, 7 ext. 11: Te quoque, Cleanthe, . . . numen ipsius industriae suspexit, cum . . . ad undecentensimum annum attenta cura erudientem auditores tuos videret.

3. Cens. de die nat. 15,3: Cleanthes, qui uno minus centum explevit.

4. Diog. Laert. VII, 176 = I fr. 474 d. A.: *καὶ τελευτᾷ* (*Κλεάνθης*) *τόνδε τὸν τρόπον. διῴδησεν αὐτῷ τὸ οὖλον. ἀπαγορευσάντων δὲ τῶν ἰατρῶν δύο ἡμέρας ἀπέσχετο τροφῆς. καί πως ἔσχε καλῶς, ὥστε τοὺς ἰατροὺς αὐτῷ πάντα τὰ συνήθη συγχωρεῖν. τὸν δὲ μὴ ἀνασχέσθαι, ἀλλ᾽ εἰπόντα ἤδη αὐτῷ προωδοποιῆσθαι καὶ τὰς λοιπὰς ἀποσχόμενον τελευτῆσαι ταὐτὰ Ζήνωνι,* καθά φασί τινες,* [*ὀγδοήκοντα*] ***ἔτη βιώσαντα καὶ ἀκούσαντα Ζήνωνος ἔτη ἐννεακαίδεκα.*

**ταῦτα Ζήνωνι* BD, *ταὐτὰ Ζήνων*|||(ος) P, corr. a P[3] *ταῦτα Ζήνων* L. — **numerum omiserunt BP. cf. Jac. 371[5].

5. Ind. Stoic. Hercul. col. XXVI = I fr. 476 d. A.: *ἔτυχεν δ᾽ αὖ | (τ)ῷ μ(ικρὸ)ν πρὸ τῆς τε | λευτ(ῆ)ς ἐξάνθημα γε | νόμενον περὶ τὸ χεῖλος |, ὃ τοῖς ἰατρο(ῖς ἐδόκει κα) | κόηθες εἶν(αι) . . δι . . . . | βουν τό τ᾽ ἄσχ(ημον ὑποφέ)|ρειν, Διονυ(σίῳ εἶπε και)|ρὸν εἶναι τὴ(ν ζωὴν ἐκτε)λεῖν.*

Similem fabellam exhibet Stob. VII, 54 = Hense I p. 325.

6. Ind. Stoic. XXIX = I fr. 477, 2 d. A.: (*γεγονέναι Κλε*) | *ἄνθην ἐπ᾽ ἄρχον(τος)* | *Ἀριστοφάνους* (331/0) *κα(ὶ)* | *τὴν σχολὴν δια(κατα)|σχεῖν ἐπ᾽ ἔτη τριάκ(ο)ν|τα καὶ (ἕ)ν. (Δ)ιονύσι(ος)* | *τοίν(υν).*

cf. p. 19 test. 12.

7. Ind. Stoic. col. XXVIII, 8 = I fr. 477, 1 d. A.: *ἀλγήσας)* | *δ᾽οὐ μικρ(ὸν τοῦ βίου)* | *ἀπηλλάγ(η ἐπ᾽ ἄρχοντος Ἰ)* | *ἄσονος.*

De Cleanthis aetate veteres consentiunt. Nam postquam numerum *ὀγδοήκοντα,* qui exstat in test. 4, de quo antea viri docti valde dubitaverunt,[2]) deesse in optimis codicibus B et P cognitum

---

[1]) Jac. p. 370; Zeller III, 1[3] p. 33; Susemihl, Alex. Litt. I, 59.

[2]) Jac. p. 371[5].

est, illa de discrepantia iam non opus est dicere. Qua interpolatione remota Diogenes tradit Cleanthem 98 annos vixisse.[1]) Sed aut Diogenis auctor ultimum vitae annum non adhibuit[2]) aut exiguam numerorum differentiam neglexit.

Cleanthes igitur natus est a. 331/0 (test. 6), mortuus est 233/2 vel 232/1[3]) archonte Sassone. Scholae autem praeesse coepit a. 262/1 (vel 261/0)[4]) et Zenonem audivit circiter ex a. 281/0 (test. 4 ex.).

Fabellas autem, quae de Cleanthis morte traduntur, ex uno fonte fluxisse veri simillimum est. Neque vero singulas varietates proferre oportet. Tamen notandum est et Ps.-Lucianum (test. 1) et auctorem indicis Stoicorum (test. 5) tradere ulcus in labro fuisse. Sed fragmentum tam exiguum est, ut num ceteris quoque de rebus consenserint, diiudicare nequeat.[5]) Ceterum Ps.-Lucianus reliquis auctoribus uberiorem memoriam exhibet, qui tum demum cum amicis subvenisset, vita eum decessisse tradit.[6])

VIII. De Xenophane.[7])

1. Ps.-Luc. § 20: *Ξενοφάνης ὁ Δεξίνου μὲν υἱός, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητής, ἐβίωσεν ἔτη ἓν καὶ ἐνενήκοντα.*

2. Cens. de die nat. 15,3: Xenophanes Colophonius maior annorum centum fuit.

3. Clem. Alex. Strom. I, 64 p. 353 P = XV p. 40, 20 edit. Acad. Berol.: *τῆς Ἐλεατικῆς ἀγωγῆς Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος κατάρχει,* (1) *ὅν φησι Τίμαιος κατὰ Ἱέρωνα τὸν Σικελίας δυνάστην καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν γεγονέναι,* (2) *Ἀπολλόδωρος δὲ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα* (620/16) *γενόμενον παρατετακέναι ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων.*

---

[1]) *Ταὐτὰ* est totidem, cf. Ps.-Luc. § 23 (de Apollodoro) et § 26 (de Stesichoro).

[2]) Sic explicantur discrepantiae, quae sunt de aetatibus Gorgiae (Jac. p. 261), Xenocratis (Jac. p. 314), al.

[3]) Jac. p. 370/1.

[4]) cf. p. 24 sq. huius comm.

[5]) Buecheler, Riv. di fil. 1878 p. 555 ad col. 28.

[6]) Cleanthem mortem sibi conscivisse non negaverim, cf. p. 24 huius comm.

[7]) Jac. p. 204; Diels Mus. Rh. XXXI, 21; Vorsokr.[1] p. 38; Levi, Senof. et la sua fil. 1904 mihi praesto non fuit.

4. Hippol. ref. omn. haer. I, 14, 1: *Ξενοφάνης Κολοφώνιος Ὀρθομένους υἱός· οὗτος ἕως Κύρου διέμεινεν.*

5. Sext. Emp. adv. math. I, 257 p. 657, 11 B: *Ξενοφάνης Κολοφώνιος ἐγένετο περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα* (620/16).

6. Diog. Laert. IX, 18: *ὡς Σωτίων φησί, κατ᾽ Ἀναξίμανδρον ἦν* (*Ξενοφάνης*).

7. Diog. Laert. IX, 20: *ἐποίησε δὲ καὶ Κολοφῶνος κτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸν ἔπη δισχίλια. καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα* (540/36).

8. Diog. Laert. IX, 18: *Ξενοφάνης Δεξίου ἤ, ὡς Ἀπολλόδωρος, Ὀρθομένους Κολοφώνιος.*

9. Diog. Laert. IX, 18: *διήκουσε κατ᾽ ἐνίους μὲν οὐδενός, κατ᾽ ἐνίους δὲ Βότωνος Ἀθηναίου ἤ, ὥς τινες, Ἀρχελάου.*

Si Clementem Alexandrinum (test. 3, 2) sequimur, Xenophanem inter annos 620 et 616 natum esse Apollodorus tradidit. Ac si cum Censorino (test. 2) plus centum annos eum vixisse statuimus, mortuus est post a. 520. Iam usque ad tempora Darei et Cyri eum vixisse Apollodorus tradidit (test. 3, 2 et 4).[1]) Hanc autem aetatis descriptionem eis, quae supra invenimus, repugnare Jacoby[2]) contendit. Nam quod duo reges afferantur, *ἄχρι* non esse „bis" sed „während". Neque vero cogitari posse Xenophanem ab a. 620 vixisse aut usque ad a. 485, quo Dareus mortuus sit, aut usque ad a. 477, quo Hiero regnare coeperit (test. 3, 1; cf. Jac. 209[9]). Itaque cum Dielesio in test. 3, 2 scribit *πεντηκοστήν*. Sed *ἄχρι* semper est „bis", nunquam „während". Itaque si Xenophanem paucis annis post a. 521, quo Dareus regnare coepit, mortuum esse statuimus, Apollodori verba omni carent offensione. Miro autem regum ordine, ut nomina versui accommodaret, Apollodorus uti coactus est.[3]) Sed quod non satis habet Dareum commemorare, sed Cyrum addit, haud scio an significare voluerit Cyri temporibus eum floruisse, non multo post Dareo regnante mortuum esse. Ac si Xenophanes, ut putant Jacoby et Diels, usque ad Hieronis

1) De Hippolyto cf. p. 13[2] huius comm.

2) p. 205.

3) Diels, Mus. Rh. XXXI, 23; cf. Scymni Chii vv. 626 et 709 (Meineke in ed. p. 42/43). Repugnat Unger, Philol. XLIII 1884 p. 214. Quem copiose refutat Jac. p. 204[2]. Eundem regum ordinem, si sequimur Jacobyum, Hippolytus legit. Nam quem posteriore loco invenit, unum retinuit. Neque tamen res certa est.

aetatem vixisset, Apollodorus certe scripsisset usque ad Xerxis, non Darei tempora vitam eum protraxisse.

Alio quoque argumento Clementis locum (test. 3, 2) corruptum esse Diels demonstrare studuit. Diogenis enim testimonium (test. 7) refert ad Apollodorum. Quem ait tradidisse Xenophanem natum esse ol. 50 (580/76). Atque Xenophanis in vita Apollodorum a Diogene adhibitum esse demonstrari capitis exordio (test. 8). Itaque pro *τεσσαρακοστήν* (*μ′*) scribit *πεντηκοστήν* (*ν′*) apud Clementem. Sed ex illo ipso loco (test. 8) sequitur Apollodorum obiter adhibitum esse, pleraque autem ex alio fonte fluxisse. Deinde malim ex Clementis loco, qui apertis verbis Apollodoro tribuitur, concludere illud Diogenis testimonium non referendum esse ad Apollodorum quam ex Diogenis testimonio, in quo Apollodorus omnino non nominatur, Clementis locum esse corruptum. Atque licet Xenophanes ideo olympiadi 60 adscriptus sit, quod tum Velia condita est, ille autem Phocaeensium errores carmine celebravit,[1]) tamen ex eo, quod aliis locis Apollodorus tali ratione usus est,[2]) illum huius quoque temporis auctorem esse minime sequitur. Praeterea Sexti Empirici testimonio Clementis numerus confirmatur (test. 5). Eandem memoriam Sotion respicere videtur (test. 6). Anaximandrus enim a. 610/9[3]) natus est.

Aliter de Xenophanis aetate iudicavit Timaeus (test. 3, 1), qui Hierone regnante eum vixisse tradidit. Illum veri simile est commotum esse fabulis, quibus Xenophanes cum Simonide et Hierone congressus esse ferebatur.[4]) Eis autem testimoniis nihil tribuendum esse inter omnes constat. Etiam cum Empedocle, qui natus est circa a. 483,[5]) collocutus esse dicitur.[6]) Cum Timaei autem memoria Diogenis testimonium (test. 7) concinere videtur.[7])

Sed quot annos Xenophanes vixisset, praeter Ps.-Lucianum unus Censorinus tradidit (test. 2). Atque Ps.-Luciani numerus sumptus est ex Dielesii fr. 8,[8]) quo loco legimus:

1) Diels p. 23; Jac. p. 207.

2) Jac. p. 207[6].

3) Jac. p. 189.

4) Jac. p. 209[9].

5) Jac. p. 271 (fr. 43).

6) Diog. Laert. IX, 20.

7) Eodem modo atque ego de testimoniis iudicavit Clinton, Fasti Hell. II[3] p. 35 (ad ol. 75, 4).

8) Rohde, Mus. Rh. XXXVI, 542 in annot.

ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι καὶ ἑξήκοντ' ἐνιαυτοί
βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδ' ἀν' Ἑλλάδα γῆν·
ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἦσαν ἐείκοσι πέντε τε πρὸς τοῖς
εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.

Censorini autem memoriam ex Apollodori Chronicis fluxisse antea apparuit. Ceterum patris nomen *Δεξίνους*, quod apud Ps.-Lucianum legitur, idem patet esse atque *Δέξιος* quod tradit Diogenes (test. 8). Ille quoque gravissimus error, quo Archelaus Xenophanis praeceptor appellatur, a Diogene (test. 9) affertur.

IX. De Xenocrate.[1])

1. Ps.-Luc. § 20: *Ξενοκράτης Πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος τέσσαρα* (l. *δύο*) *καὶ ὀγδοήκοντα* (*ἔτη ἐβίωσεν*).

2. Diog. Laert. IV, 14: *διεδέξατο δὲ* (*Ξενοκράτης*) *Σπεύσιππον καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη, ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος* (339/8), *ἐτελεύτα δέ, νυκτὸς λεκάνῃ προσπταίσας, ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν.*

3. Cens. de die nat. 15, 1/2 . . . ad annum octogensimum et unum, in quo Plato finem vitae et legitimum esse existimavit et habuit legitimum . . . Eratosthenes quoque ille orbis terrarum mensor et Xenocrates Platonicus veteris Academiae princeps ad eundem annum vixerunt.

Diogenis testimonium ad Apollodorum referendum esse satis est veri simile. Itaque si illius ratione computandi utimur, mortuus est Xenocrates a. 315/4, natus est a. 396/5. Atque Censorinus cum Diogene consentit, nisi quod ultimum vitae annum adhibere omisit. Discrepare videtur Ps.-Lucianus. Sed *δύο* pro *τέσσαρα* scribendum esse postea [2]) demonstrabo.

X. De Carneade.[3])

1. Ps.-Luc. § 20: *Καρνεάδης ὁ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας ἀρχηγὸς ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα* (*ἐβίωσεν*).

2. Diog. Laert. IV, 65: *φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς*

---

[1]) Jac. p. 314, Zeller II, 1^4, 988^1.
[2]) cf. p. 44 huius comm.
[3]) Jac. p. 381, Zeller III. 1^3, 498^1.

ἀπελθεῖν αὐτὸν (*Καρνεάδην*) *ἐξ ἀνθρώπων ἔτει τετάρτῳ τῆς δευτέρας καὶ ἑξηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος* (129/8), *βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα.*

3. Cens. de die nat. 15, 3: Carneades, a quo tertia Academia est, quae dicitur nova, qui ad annum nonagensimum ** vel Cleanthes, qui uno minus centum explevit.

ad seclusit Cholodniak in editione, rectius lacunam post nonagensimum statuerunt Jahn, Hultsch, Helm.

Eundem numerum exhibent Val. Max. VIII, 7 ext. 5 et Cic. Acad. II, 6, 16.

Hac in re Ps.-Lucianus cum Apollodoro (test. 2) consentit. Carneades igitur natus est a. 213/2, mortuus est a. 129/8. De die autem natali cf. Jac. p. 382.

XI. De Chrysippo.[1])

1. Ps.-Luc. § 20: *Χρύσιππος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα* (*ἐβίωσεν ἔτη*).

2. Val. Max. VIII, 7 ext. 10: octogensimo anno coeptum undequadragensimum *Λογικῶν* exactissimae subtilitatis volumen reliquit.

3. Diog. Laert. VII, 184: *ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων τρία καὶ ἑβδομήκοντα βιώσαντ' ἔτη, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα* (208/4) *καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.*

Eandem memoriam affert Suidas sub voce *Χρύσιππος.*

4. Diog. Laert. VII, 179: *οὗτος* (*Χρύσιππος*) *πρότερον μὲν δόλιχον ἤσκει, ἔπειτ' ἀκούσας Ζήνωνος ἢ Κλεάνθους, ὡς Διοκλῆς καὶ οἱ πλείονες, ἔτι τε ζῶντος ἀπέστη αὐτοῦ καὶ οὐχ ὁ τυχὼν ἐγένετο κατὰ φιλοσοφίαν.*

Apollodori auctoritatem si sequimur, Chrysippus natus est inter annos 280/79 et 277/6, mortuus inter annos 208/7 et 205/4. Iam quaerendum est, quomodo altera de Chrysippi aetate memoria inventa sit. Atque haud scio an in Valerii testimonio (test. 2) insit vestigium. Probabile enim est illum ad eandem memoriam spectare quam exhibet Ps.-Lucianus. Nam Valerii auctor quod Chrysippum octogensimo vitae anno librum quendam confecisse narrat ipse quoque brevi post mortuum eum esse existimasse videtur. Illud autem nonne facile est suspicari ex aliquo loco illius libri grammaticum aliquem effecisse?

---

[1]) Jac. p. 371, Zeller III, 1^3, 39^6 et 40^2. de Arnim ap. P.-Wiss III,. 2502.

Iam verisimile est eos quoque qui Chrysippum 81 annos vixisse traderent, eum quem tradidit Apollodorus annum fatalem retinuisse. Nam fortasse constitit, quot annos is, qui Chrysippo successit, scholae praefuisset quoque anno mortuus esset. Ita fieri potuit, ut Zenonis discipulum eum fuisse illi statuerent. Qua re refutatur Susemihl,[1] qui ex test. 4 alteram de Zenonis anno fatali memoriam fuisse collegit; immo vero inde colligendum est, quo anno Chrysippus natus esset, quosdam dubitasse.

Postremo quaerendum videtur esse, possitne in librorum indice, qui legitur apud Diogenem Laertium VII, 189 (= II, test. 13 d. A.), ille Chrysippi liber inveniri. Atque enumerantur *ζητημάτων* libri 39.[2] Quas quaestiones pertinere ad logicam ex eo sequitur, quod in exitu illorum librorum afferuntur. Iam Herculanei satis magnum fragmentum Chrysippi *λογικῶν ζητημάτων* inventum est.[3] Itaque nonne veri simile est hos libros eosdem esse atque Diogenis *ζητήματα* et Valerii *λογικά*? Statuendum enim est a Valerio priorem, a Diogene posteriorem partem totius indicis libri receptam esse.[4] Neque casui tribui potest, quod et *λογικῶν*, quae Valerius commemorat, et *ζητημάτων*, quae Diogenes affert, 39 libri fuerunt.

XII. De Diogene Babylonio.[5]

1. Ps.-Luc. § 29: *Διογένης ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος, Στωικὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα (ἔζησεν ἔτη).*

2. Cic. Acad. II, 45, 137: Legi apud Clitomachum, cum Carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in Capitolio starent, A.

[1]) Anal. Alex. II 1888/89 p. 25 (ind. lect. Greifsw.) et Alex. Litt. I, 53[184]. Roeper, Philol. IX, 31. Jac. 364[7].

[2]) Legimus enim apud Diogenem Laertium VII, 198 = II p. 8, 24 d. A.: *λογικοῦ τόπου τὰ τῶν προειρημένων τεττάρων διαφορῶν ἐκτὸς ὄντα καὶ περιέχοντα* ⟨*τὰς* add. d. A.⟩ *σποράδην καὶ οὐ σωματικὰς ζητήσεις λογικὰς περὶ τῶν καταλεγομένων ζητημάτων ἐννέα καὶ τριάκοντα.* Atque Cobet et Croenert, Herm. XXXVI 1901 p. 566[5] post verba *ζητήσεις λογικὰς* distinxerunt, de Arnim autem l. cit. post *περὶ τῶν καταλεγομένων* idque optimo iure. Nam librum inscribi non posse: de enumeratis quaestionibus, nemo non intellegit. Optime autem dici potest fuisse eos libros, qui diversas de rebus in indice enumeratis quaestiones logicas continerent.

[3]) De Arn. II p. 96 fr. 298 a. Croenert, Herm. XXXVI 1901 p. 552.

[4]) Croenert l. cit. p. 566 rem nondum absolvit.

[5]) De Arnim Stoic. fragm. III p 210. P.-Wiss. V, 773.

Albinum, qui tum P. Scipione M. Marcello coss. (155) praetor esset, . . . dixisse . . .

3. Cic. Cat. m. de sen. § 23: num Homerum . . . (sequuntur 9 nomina), num postea Zenonem, Cleanthem, aut eum, quem vos etiam vidistis Romae, Diogenem Stoicum, coegit in suis studiis obmutescere senectus? an in omnibus his studiorum agitatio vitae aequalis fuit?

Ciceroni si credimus, ante a. 150, quo Catonis cum Laelio et Scipione disputationem habitam esse fingit,[1] Diogenes mortuus est. Ergo si Ps.-Lucianum sequimur, a. 155, quo cum Carneade et Critolao legatus Atheniensium Romam venit, octoginta tres minimum annos natus fuit. Hominem vero tam grandem natu illam navigationem suscepisse, si negari non potest, at certe minime est verisimile. Itaque aut Ps.-Luciani aut Ciceronis testimonium reiciendum videtur esse. Recte enim dubitari potest, num Cicero in dialogo illo componendo omnia ad a. 150 accurate rettulerit. Praeterea ab Apollonio Tyrio hoc Ps.-Luciani testimonium sumptum videri esse moneo.[2]

XIII. De Posidonio.[3]

1. Ps.-Luc. § 20: *Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε καὶ ἅμα ἱστορίας συγγραφεὺς τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα (ἔτη ἐβίωσεν).*

2. Cicero in epistula a. 60 ad Atticum missa (II, 1, 2) commemorat commentarium, quem de consulatu suo Graece scripserat, Posidonio se tradidisse, ut ille ornatius de isdem rebus scriberet.

3. Strabo XVI, 753 = III, 1050, 11 Mein.: *Ποσειδώνιος ὁ Στωικός, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος.*

4. Cic. Tusc. V, 37, 107: in qua (perpetua peregrinatione) aetates suas philosophi nobilissimi consumpserunt, Xenocrates . . . Antiochus, Panaetius, Posidonius, innumerabiles alii, qui semel egressi nunquam domum reverterunt.

[1]) Cat. m. § 14.

[2]) cf. p. 45 huius comm.

[3]) Bake, Pos. Rhod. reliquiae 1810; Zeller III, 1[3], 572; Schuehlein, Stud. z. Posid., Freisingii 1886; Susemihl, Alex. Litt. II, 128; Schmekel, Phil. d. mittl. St. p. 9.

Hanc disputationem a. 45 habitam esse Cicero fingit; cf. Schmidt, Der Briefwechsel Ciceros 1893 p. 57.

5. Plut. Mar. 45: *εἰς νόσον κατηνέχθη* (sc. *Μάριος*) *πλευρῖτιν* (a. 86), *ὥς ἱστορεῖ Ποσειδώνιος ὁ φιλόσοφος αὐτὸς εἰσελθεῖν καὶ διαλεχθῆναι περὶ ὧν ἐπρέσβευεν ἤδη νοσοῦντι φάσκων αὐτῷ.*

6. Suidas sub voce *Ποσ.*: *Ποσειδώνιος Ἀπαμεὺς ἐκ Συρίας ἢ Ῥόδιος, φιλόσοφος Στωικός, ὃς ἐπεκλήθη ἀθλητής· σχολὴν δ' ἔσχεν ἐν Ῥόδῳ, διάδοχος γενόμενος καὶ μαθητὴς Παναιτίου. ἦλθε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην ἐπὶ Μάρκου Μαρκέλλου. ἔγραψε πολλά.* — M. Marcellus consul fuit a. 51.

7. Athen. XIV p. 657 f.: *μνημονεύει αὐτῶν* (*τῶν περνῶν*) *Στράβων ἐν τρίτῃ Γεωγραφουμένων ἀνὴρ οὐ πάνυ νεώτερος· λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν ἑβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον τὸν ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφον, οὗ πολλάκις ἐμεμνήμεθα συγγενομένου Σκιπίωνι τῷ τὴν Καρχηδόνα ἑλόντι.*

De Ps.-Luciani testimonio cur dubitemus, nihil est causae, praesertim cum, quae de Posidonii patria et indole tradidit, vera sint.[1]) Iam quo anno mortuus esset, testimoniis 6 et 7 viri docti accurate definire posse visi sunt. E testimonio enim 7 Strabonem Posidonio notum fuisse collegerunt. Sed apparet locum corruptum esse. Exspectandum enim est, ut quo Strabo minor natu esse dicitur, is antea commemoretur. Atque sanandi rationem Gercke[2]) invenisse mihi videtur. Inseruit enim ante *Στράβων* ⟨*Πολύβιος καὶ*⟩. Sed dubito primum, quonam iure Polybium non multo ante Strabonem fuisse dici possit; mihi quidem illa verba pertinere videntur ad Posidonii aequalem.[3]) Deinde illa tam artificiosa ratio, qua Strabo paulo post aetatem alicuius fuisse in sententia *λέγει γὰρ* demonstratur, mira est in hoc locupletissimo scriptore, optima in homine ignoto. Itaque quamquam certum nomen affere non possum, pro Polybio Posidonii aliquem aequalem inserere malim. Suidae autem de Posidonii legatione testimonium (test. 6) reiciendum esse demonstravit Zeller.[4])

---

[1]) Schuehlein p. 4.

[2]) Mus. Rh. LXII 1907 p. 116[1].

[3]) Fuit enim Strabo *οὐ πάνυ νεώτερος* quam Posidonius. Illius autem e verbis *ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων* (test. 3) nihil sequitur nisi post Strabonem natum Posidonium mortuum esse; cf. Clinton, Fasti Hell. III[2] p. 582.

[4]) III, 1[3], 572[3].

Quibus rebus expositis sententiae Bakii, qui a. 51, Schuehleinii, qui propter test. 7 a. 47 Posidonium mortuum esse coniecit, refutatae sunt. Hoc unum constat a. a. Chr. n. 60 eum etiam vixisse (test. 2), a. autem 45 mortuum fuisse (test. 4).[1]) Sed cum Panaetius, Posidonii praeceptor, circiter a. 110 vita decesserit, Posidonius vix post a. 135 natus et vix post a. 51 mortuus esse potest.[2])

XIV. De Critolao.[3])

Ps.-Luc. § 20: *Κριτόλαος ὁ Περιπατητικὸς ὑπὲρ δύο καὶ ὀγδοήκοντα (ἔτη ἐβίωσεν).*

Cum desint testimonia, utrum huic memoriae credi possit necne, incertum est. Hoc unum constat a. 155 cum Carneade et Diogene legatum Romae eum fuisse (cf. p. 36 test. 2).

XV. De Platone.[4])

I.

1. Ps.-Luc. § 21: *Πλάτων ὁ ἱερώτατος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα (ἐβίωσεν ἔτη).*

2. Diog. Laert. III, 2:

1. *καὶ γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπιάδι* (428/4) *Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασίν.*

2. *τελευτᾷ δ' — ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν γάμοις δειπνῶν — τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος* (348/7)

3. *βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα.*

3. Hipp. ref. I, 8, 13: *οὗτος (Ἀναξαγόρας) ἤκμασεν ἔτους πρώτου τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος* (428/7), *καθ' ὃν καιρὸν καὶ Πλάτωνα λέγουσι γεγενῆσθαι.*

II.

4. Diog. Laert. III, 3: *Νεάνθης δέ φησιν αὐτὸν δυοῖν* (codd. *τεττάρων*, corr. Jac. p. 306) *καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν.*

---

[1]) Repugnat Ruehl, Mus. Rh. LXII 1907 p. 433. Sed refutatur: verbis aetates suas consumpserunt.

[2]) Schmekel l. cit. p. 10.

[3]) Olivier, De Critolao Peripatetico, diss. Berol. 1895 p. 6; cf. p. 63.

[4]) Jac. p. 304, Zeller II, 1[4], 390[1].

III.

5. Sen. epp. VI, 6, 31: nam hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decessit et annum unum et octogesimum implevit sine ulla deductione.

Satis habui unius cuiusque memoriae singula testimonia afferre. Reliqua invenies apud Jacobyum.

De Platonis aetate tres exstant memoriae: una, quam exhibuit Apollodorus,[1] Plato octoginta et unum annos vixisse traditur, altera octogensimo primo ipso exacto mortuus esse, tertia, octoginta duos annos vixisse. Atque hanc ad quaestionem plurimi interest de Platonis aetate Ps.-Lucianum cum Apollodoro consentire.

XVI. De Athenodoro.[2]

1. Ps.-Luc. § 21: *Ἀθηνόδωρος Σάνδωνος Ταρσεὺς Στωικός, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκουφίσθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει ὡς ἥρωι.*

2. Hieron. sub. ol. 196, 4 = 7/8 p. Chr. n.: Athenodorus Tarsensis stoicus filosofus et M. Verrius Flaccus grammaticus insignes habentur.

3 a. Strabo XIV, 674 = III p. 940, 3 Mein.: *(Ἀθηνόδωρος) ὁ Σάνδωνος Καίσαρος καθηγήσατο καὶ τιμῆς ἔτυχε μεγάλης, κατιών τε εἰς τὴν πατρίδα ἤδη γεραιὸς κατέλυσε τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν.*

3 b. Dio Chrys. XXXIII, 48 = I p. 311, 1 d. A.: *Ἀθηνόδωρος . . ὃν ᾔδεῖτο ὁ Σεβαστός, εἴπερ ἔγνω τοιαύτην οὖσαν τὴν πόλιν* (Tarsum), *προὔκρινεν ἂν τῆς μετ' ἐκείνου διατριβῆς τὴν ἐνθάδε;*

Reliqua testimonia, quibus Augusti praeceptor fuisse demonstratur, collegit de Arnim l. cit.

4. Dio Chrys. XXXIV (p. 415 M) = I p. 318, 3 d. A.: *ὑμῖν γάρ, ἄνδρες Ταρσεῖς, συμβέβηκε μὲν πρώτους εἶναι τοῦ ἔθνους, οὐ μόνον . . ., ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν δεύτερον Καίσαρα ὑπὲρ πάντας ἔσχετε οἰκείως*

[1]) Alteram quoque partem testimonii 2 praeter verba *ἐν γάμοις δειπνῶν* ad Apollodorum referendum esse primus intellexit Christ, Abhandl. d. bayr. Acad. XVII, 2 1885 p. 509/10; cf. Jac. p. 305[1].

[2]) Mueller, FHG. III, 485; Susemihl, Alex. Litt. II, 248; de Arnim apud P.-Wiss. II, 2045.

ὑμῖν διακείμενον. . . . . τοιγαροῦν . . . ἐκεῖνος ὑμῖν παρέσχε χώραν, νόμους, τιμήν, ἐξουσίαν τοῦ ποταμοῦ, τῆς θαλάττης τῆς καθ' αὑτούς.

5. Plinius n. h. V, 27, 92 Tarsum vocat liberam.

Primum Athenodorum Augusti et praeceptorem et familiarem fuisse compluribus ex locis apparet (test. 3). Tum Tarsum temporibus imperatorum stipendiis liberatam fuisse Plinii testimonio demonstratur.[1]) Atque hoc ab Augusto, ut tradit Ps.-Lucianus, factum esse Dionis loco (test. 4) probatur, quo quam benignum ille in Tarsenses se praestiterit, copiose exponit. Deinde Athenodorum in patria mortuum esse sequitur ex test. 3 a et b. Neque ut heroem eum a civibus post mortem cultum esse mirum est. Quibus rebus cognitis dubitari nequit, quin de aetate quoque Athenodori Ps.-Lucianus verum tradiderit.

XVII. De Nestore.[2])

1. Ps.-Luc. § 21: *Νέστωρ Στωικὸς ἀπὸ Ταρσοῦ διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα (ἐβίωσεν).*

2. Strabo XIV, 674 = III, 939, 32 Mein.: *Ἄνδρες ἐξ αὐτῆς (Ταρσοῦ) γεγόνασι τῶν μὲν Στωικῶν Ἀντίπατρός τε καὶ Ἀρχέδημος καὶ Νέστωρ, ἔτι δ' Ἀθηνόδωροι δύο.*

Nestorem quendam Diogenes Laertius inter Diogenem Babylonium et Antipatrum commemorat.[3]) Atque ad hunc ipsum Nestorem Ps.-Lucianum spectare statuit Zeller, cui assentitur Susemihl. Putant enim Ps.-Luciani auctorem Nestorem Stoicum cum Nestore Academico, qui ipse quoque fuit Tarsensis,[4]) confudisse. Sed hic Marcelli, non Tiberii praeceptor fuit.[4]) Itaque, praesertim cum de duobus reliquis Stoicis posterioris aetatis, Posidonio et Athenodoro, praeterea de Apollodoro Augusti praeceptore[5]) Ps.-Lucianus vera tradiderit, duos fuisse Nestores Stoicos malim statuere. Neque quicquam refert Diogenem de praeceptore Tiberii tacere. Nam Archedemum quoque, quem affert Strabo (test. 2), omisit. Sed difficile est dictu, cur Strabo quoque unum Nestorem

[1]) Quid sit urbs libera, explicat Marquardt, Röm. Staatsverw. I² p. 71—80.

[2]) Zeller III, 1³, 570 in ann.; Susemihl, Alex. Litt. II, 243.

[3]) Martini, Leipz. St. XIX, 86.

[4]) Strabo XIV, 675 = III p. 941, 10 Mein.

[5]) Cf. p. 54 huius comm.

commemoret. Nam si ad priorem spectat, mirum est, quod aequalem neglexit, si ad posteriorem, quod Tiberii praeceptorem eum fuisse non addidit. Itaque hoc loco quaedam restat difficultas.

XVIII. De Xenophonte.[1])

1. Ps.-Luc. § 21: *Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη.*

2. Xen. Exped. Cyri VII, 3, 46: *Ξενοφῶν παρηγγύησε τοὺς εἰς τριάκοντα ἔτη παριέναι ἀπὸ τῶν λόχων εὐζώνους καὶ αὐτὸς μὲν ἐτρόχαζε τούτους ἔχων, Κλεάνωρ δ' ἡγεῖτο τῶν ἄλλων.*

3. Xen. E. C. IV, 2, 16: *Ξενοφῶν σὺν τοῖς νεωτάτοις ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἄκρον.* Atque agitur de colle maxime arduo; vide enim § 14.

Praeterea cf. III, 4, 47—48; IV, 3, 20; VII, 3, 48; VII, 4, 6 (Lueneb. p. 8).

4. Xen. E. C. VI, 4, 25: *Ξενοφῶν . . . ἐβοήθει καὶ οἱ ἄλλοι οἱ μέχρι τριάκοντα ἐτῶν ἅπαντες.*

5. Xen. E. C. III, 1, 14: Xenophon cum imperatoribus interfectis dubitat, utrum partes imperatorias sibi sumat necne, haec secum reputat: *ποίαν ἡλικίαν ἐμαυτῷ ἐλθεῖν ἀναμένω; οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι πρεσβύτερος ἔσομαι, ἐὰν τήμερον προδῶ ἐμαυτὸν τοῖς πολεμίοις.*

6. Xen. E. C. III, 1, 25 in oratione apud Proxeni centuriones habita: *εἰ μὲν ὑμεῖς,* inquit, *ἐθέλετε ἐξορμᾶν ἐπὶ ταῦτα, ἕπεσθαι ὑμῖν βούλομαι, εἰ δ' ὑμεῖς τάττετ' ἐμὲ ἡγεῖσθαι, οὐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι ἐρύκειν ἀπ' ἐμοῦ τὰ κακά.*

7. Xen. E. C. VII, 2, 38: Seuthes et alia et haec Xenophonti promittit: *σοὶ δέ, ὦ Ξενοφῶν, καὶ θυγατέρα δώσω καὶ εἴ τις σοὶ ἔστι θυγάτηρ, ὠνήσομαι Θρᾳκίῳ νόμῳ.*

8. Xen. E. C. VII, 6, 38: Xenophon in oratione apud milites habita: *οὐ μήν,* inquit, *ὅτε γε ἐν ἀπόροις ἦμεν, ὦ πάντων μνημονικώτατοι, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἐμὲ ἐκαλεῖτε.*

9. Athen. V, 216 d: *Ξενοφῶν, ὃς ἐν τῷ Συμποσίῳ ὑποτίθεται . . . σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα ⟨αὐτὸν⟩ τὸν ἴσως μηδὲ γεννηθέντα ἢ περὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντα. ἔστι δ' οὗτος ὁ καιρός, καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν* (421/20).

[1]) Commentationes, quae quidem ante a. 1892 scriptae sint, contulit Lueneburg, De Xenophontis aetate, diss. Erlang. 1892. Itaque satis habeo has commemorare: Krueger, Hist.-philol. St. II 1851 p. 262; Cobet, Nov. Lect. p. 534; Roquette, De Xen. vita 1884; Klett, Zu Xen. Leben, Sverinii 1900; Jac. p. 302. — Tsacalotes, *Περὶ τοῦ ἔτους τῆς γενήσεως τοῦ Ξενοφῶντος,* Athenis 1905, mihi praesto non fuit.

Reliqua testimonia leges apud Schaef. et Niss., Griech. Quellenk.[4] p. 35 sq.

Xenophontem eo tempore, quo cum Cyro ad bellum profectus est, non plus 30 annos natum fuisse ipse duobus commentariorum locis testatur. Nam in expeditione, quae in test. 2 commemoratur, duci non minus quam militibus corporis viribus opus fuisse, id quod negavit Krueger,[1]) apparet ex sententia *καὶ αὐτὸς ἐτρόχαζε τούτους ἔχων.* Neque equo tum vectum eum esse in § 45 aperte dicitur. Praeterea illo anno viribus iuvenilibus eum fuisse constat (cf. test. 3). Ergo test. 4, quamquam *καὶ οἱ ἄλλοι* per se verti potest: et praeterea,[2]) interpretandum est: Xenophon ceterique iuvenes non plus triginta annorum. Iam illa verba pertinent ad a. 400. Ergo non ante a. 430 natus est. Sed quod Proxeno, qui iuvenis triginta annorum mortuus est,[3]) succedere valde veretur (test. 5 et 6), etiam uno vel duobus annis post natum eum esse verisimile est.[4]) Recte igitur de Xenophontis aetate Athenaei auctor iudicavit (test. 9). Neque obstare test. 7 et 8 demonstraverunt Lueneburg et Klett.[5]) Fabula autem, quam de Socrate et Xenophonte tradunt Diogenes II, 22/23 et Strabo IX, 403 (Schaef. p. 36), reicienda est.[6])

Iam quo anno Xenophon natus esset, viri docti accuratius definire studuerunt. Sed, ut reliquos omittam,[7]) Schwartzio[8]) Xenophon in hist. Graec. (I, 2—3, 13) expeditionem Thrasylli, cuius equites quoque participes fuerunt (I, 1, 34), tam accurate describere visus est, ut eum interfuisse statueret. Sed illa expeditio facta est a. 410,[9]) Athenienses autem non ante vicensimum vitae annum expletum[10]) ad bellum proficisci solebant. Itaque Schwartzii sen-

[1]) l. cit. p. 271; Assentitur Klett p. 13.

[2]) Krueger, Krit. Anal. II 1867 p. 49.

[3]) Xen. Exp. Cyri II, 6, 20.

[4]) Incertissima testimonii 5 interpretatione usus illud negat Klett p. 12.

[5]) Klett p. 13 sq. — Lueneburg p. 16/17; Klett p. 16.

[6]) Accuratius illa de re egit Roquette p. 8.

[7]) Illas coniecturas contulit Lueneburg p. 17/18.

[8]) Mus. Rh. XLIV 1889 p. 164.

[9]) Busolt, Griech. Gesch. III, 2^2 p. 1529[1].

[10]) Saltem hoplitae, qui dicuntur, duodevicensimo anno expleto conscripti, antequam ad bellum emitterentur, duos annos domi exercebantur; cf. Bauer,

tentia reicienda videtur esse.[1]) Ac vel fundamentum, ut ita dicam, illius argumentationis parum certum est, quod Xenophon commentariis aliorum, qui expeditioni interfuerant, uti potuit.

Ceterum Xenophontem a. 401/0 nondum floruisse apparet. Sed dubito, num illud Diogenis testimonium (II, 55 = Schaef. p. 36) Apollodoro tribuendum sit. Hunc enim eis, quae viri illustres de se ipsi testati erant, diligenter usum esse multis exemplis constat.[2])

Sed quo anno Xenophon mortuus sit, definiri nequit. Hoc tantum constat a. 355 eum etiam fuisse.[3]) Atque si Ps.-Lucianum sequimur, mortuus est post a. 340. Hoc etsi negari non potest, tamen Ps.-Luciani auctor eos, qui Xenophontem circa a. 440 natum esse traderent (Diog. L. II, 55 = Schaef. p. 36), secutus videtur esse.[4]) Praeterea illud testimonium vel ideo in suspicionem venit, quod Demetrius Magnes certum annorum numerum exhibere veritus est (Diog. L. II, 56 = Schaef. p. 36).

Iam postquam de philosophis singula pertractavimus, possitne **de Ps.-Luciani fontibus** aliquid inveniri, est quaerendum. Atque apud Xenophilum tantum (p. 11), quo ab auctore numerus sumptus sit, ipse tradit. Quae memoria esse referenda ad Aristoxenum Tarentinum compluribus testimoniis demonstratur. Sed etiam tribus aliis locis, qui auctor adhibitus sit, inveniri potest. Nam de Platonis (p. 39) et Carneadis (p. 34) aetatibus, quamquam aliae memoriae exstant, cum Apollodoro Ps.-Lucianus consentit. Itaque verisimile est Xenocratis quoque aetatem e Chronicis sumptam esse. Diogenes quidem, qui Apollodori memoriam exhibere videtur (cf. p. 34), 82 annos eum vixisse tradit, Ps.-Lucianus 84. Sed *δύο* ut saepius[5]) in *δ* corruptum esse coniecerim. Quamquam incertum est, utrum illud mendum a librariis factum an a Ps.-Luciano receptum sit.[6])

Iw. Muell. Handb. IV, 1², 346 et Thalheim ap. P.-Wiss. V, 2737 sub voce *Ἐφηβία*. Idem valere in equites satis verisimile est; cf. Klett p. 7.

[1]) Schwartz ipse invenit a. 427, quod Thrasylli expeditionem anno 409/8 adscripsit et Xenophontem tum 18 annos natum fuisse statuit.

[2]) Jac. p. 53.

[3]) Hoc enim anno libellus, qui est de vectigalibus, scriptus est. Stesiclidis autem testimonium reiciendum esse inter omnes constat; cf. his de rebus Jac. p. 303⁴.

[4]) Roquette p. 7/8.

[5]) Jac. p. 306.

[6]) Altera numeri corruptela exstat in § 22; cf. p. 45.

De Zenonis autem aetate definienda Apollodori testimonio neglecto[1]) Apollonium Tyrium Ps.-Luciani auctor secutus est. Atque mirum est de Chrysippi quoque aetate ab Apollodoro eum dissentire. Itaque praesertim cum Chrysippi aetas simili ratione atque Zenonis computata videatur esse,[2]) omnia, quae de veterioribus Stoicis: Zenone, Cleanthe, Chrysippo, Diogene Ps.-Lucianus tradit, referenda esse ad Apollonium suspicor. Sed quem auctorem de Stoicis posterioris aetatis: Posidonio, Athenodoro, Nestore adhibuerit, non constat. Apollonius enim brevi ante Strabonem natum mortuus est.[3])

XIX. De Ctesibio.[4])

1. Ps.-Luc. § 22: *Κτησίβιος ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων* (l. *καὶ τεσσ.*) *ἐτῶν ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὥς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς ἱστορεῖ.*

2. Phleg. *περὶ μακροβ.* = FHG. III p. 609: *Κτησίβιος ὁ ἱστοριογράφος ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα· ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς δεδήλωκεν.*

Ps.-Luciani, non Phlegontis numerum corruptum esse inde apparet, quod Phlegon Ctesibium inter eos affert, qui minimum 104 et maxime 110 annos vixerunt.[5]) Mendum autem facillimum est explicatu. Scripsit enim librarius $\overline{ϱκδ}$ pro $\bar{ϱ}$ κ̀ $\bar{δ}$. Sed reliqua, quae de Ctesibio tradita sunt, contulerunt Susemihl et Jacoby.

XX. De Hieronymo Cardiano.[6])

1. Ps.-Luc. § 22: *Ἱερώνυμος ἐν πολέμοις γενόμενος καὶ πολλοὺς καμάτους ὑπομείνας καὶ τραύματα ἔζησεν ἔτη τέσσαρα καὶ ἑκατόν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν*

2. Phleg. *περὶ μακροβ.* II = FHG. III p. 609: *Ἱερώνυμος ὁ συγγραφεὺς πολλοὺς μὲν χρόνους ἐν ταῖς στρατείαις ἀνατλήσας, πλείστοις δὲ τραύμασιν ἐν πολέμοις*

---

[1]) Nam Persaei testimonium (p. 22 sq.) eum recepisse certum est.

[2]) cf. p. 35.

[3]) Strabo XVI, 757 = III, 1057, 1 Mein.: *μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος*; cf. Clinton Fasti Hellen. III², 582.

[4]) Jac. p. 372; Susemihl, Alex. Litt. I, 619.

[5]) cf. Bergk, Zeitschr. f. Altertumsw. 1849 p. 15*.

[6]) Brueckner, Zeitschr. f. d. Altertumsw. 1842, 252; Reuss, Hier. v. Kardia 1876; Susemihl, Alex. Litt. I, 560.

περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζει τὸν ἄνδρα ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθηρίοις, μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. περιπεσὼν ἐτελεύτησεν βιώσας ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα, ὥς φησιν Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν.

De Agatharchidis testimonio dubitari non potest. Iam Hieronymum post a. 272 et ante a. 239 mortuum esse constat. Nam et Pyrrhi mortem enarravit[1]) et Antigonus Gonatas, qui mortuus est a. 239, de Hieronymo familiari suo librum edidit.[2]) Hoc quoque monendum est in § 11 huius libelli Hieronymi testimonio probari, quot annos Antigonus Philippi filius et Lysimachus vixerint, non quot Antigonus Gonatas. Praeterea accepimus a. 320 eum ab Eumene legatum ad Antipatrum missum esse.[3]) Inde sequitur virum satis magna auctoritate tum eum fuisse. Itaque Reussio assentior, qui Hieronymum circa a. 250 mortuum esse suspicatur.

XXI. De Hellanico.[4])

Ps.-Luc. § 22: *Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος ὀγδοήκοντα καὶ πέντε (ἐβίωσεν ἔτη).*

Reliqua testimonia exscripta leges apud Schaeferum, Griech. Quellenk.[4] p. 17.

Quae Pamphila de Hellanico Herodoto Thucydide tradidit (Gell. XV, 23), ex Apollodori Chronicis sumpta esse clarissime demonstravit Diels. Neque tamen, quo modo Hellanicum a. 496 natum esse Apollodorus invenisset, explicare potuit. Idem Ps.-Luciani quoque numerum Apollodoreum esse, Apollodorum igitur Hellanici mortem anno 412/1 adscripsisse statuit. In fragmento autem, quod pertinet ad pugnam ad Arginussas commissam (schol. ad Ar. Ran. 694 et 720), pro *Ἑλλάνικος* scripsit *Θεόπομπος*.

1) Paus. I, 13, 9: *διάφορα δὲ ὅμως ἐστὶ καὶ ταῦτα* (quae Argivi de Pyrrhi morte tradunt) *ὧν Ἱερώνυμος ὁ Καρδιανὸς ἔγραψεν.*

2) Schneider, Nicandrea p. 14[1].

3) Diod. XVIII, 42; Beloch, Griech. Gesch. III, 2, 190; Niese, Gesch. der gr. u. mak. St. I, 228.

4) Diels, Mus. Rh. XXXI, 48; Jac. p. 277; Lehmann-Haupt, Klio VI, 127; Ruehl, Mus. Rh. LXI 1906 p. 473.

Hanc tamen coniecturam ferri non posse brevi post demonstravit Wilamowitz.[1]) Itaque Lehmann-Haupt, qui ipse quoque Ps.-Luciani numerum ad Apollodorum refert, Gutschmidium[2]) secutus duas Hellanici Atthidos quae vocatur editiones fuisse suspicatus est: priore res gestas usque ad a. 412/1, posteriore usque ad a. 404 narratas esse. Apollodorum autem posteriorem editionem aut ignorasse aut spuriam iudicasse. Itaque Hellanicum a. 412/1 mortuum esse eum conclusisse. Sed facile est intellectu, quam artificiosa sit haec ratio. Nam argumentis non allatis Ps.-Luciani numerum ex Apollodori Chronicis sumptum esse statuit. Deinde quia Hellanici fragmentum repugnat, quamquam ne minimum quidem exstat indicium, duas Atthidos editiones fuisse fingit. Nonne contra ex illo fragmento concludendum est Ps.-Lucianum hoc loco ab Apollodoro non pendere? Atque ille numerus quam exigua sit auctoritate, vel inde apparet, quod tribus praeterea viris, qui quot annos vixissent, nemo scire potuit: Pherecydi, Anacreonti, Stesichoro 85 anni tribuuntur.[3]) — Longe aliam rationem iniit Ruehl. E Suidae enim verbis *κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους* colligit Hellanici aetatem Apollodorum determinasse Euripidis et Sophoclis temporibus. Quae incipere ait ab a. 456, quo Euripides primam fabulam docuerit. Inde intellegi, cur illi ipsi anno Apollodorus Hellanici *ἀκμὴν* quae vocatur adscripserit. Sed primum illa Suidae verba ab eis quae praecedunt separare non licet. Ruehl enim locum interpretatur quasi traditum sit *καὶ γέγονε κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους*. Immo vero, quibus fere temporibus apud Amyntam vel potius Alexandrum[4]) moratus sit, illis verbis Suidae auctor significat. Tum Ruehl illa verba summa libidine interpretatus est. Minime enim est necessarium aut veri simile illam aetatem ab ipso anno 456 incipere. Neque unquam Apollodorus certos annos, quibus usus est,[5]) ex

1) Herm. XI 1876 p. 293; cf. Jac. p. 281.

2) Opusc. IV, 319.

3) Carneadi quoque et Lycurgo. Sed haec testimonia ex Apollodori chronicis sumpta sunt; cf. Jac. p. 381 et 110.

4) Amyntas, si emendatum regum indicem sequimur (Gutschm. op. IV, 38), mortuus est a. 498; si numeros traditos, circa a. 480. Itaque quod sequitur *κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους,* scribendum videtur esse *παρὰ Ἀλεξάνδρῳ Ἀμύντα* (Ruehl p. 474). Praeterea cf. p. 68[1].

5) Jac. p. 80.

litterarum historia, sed ex regum civitatumve rebus sumpsit. Deinde, quo anno vir illustris floruisset, nunquam eo definivit, ut eisdem fere temporibus atque alium eum fuisse statueret; sed ei anno, quo id egit vel scripsit, quo maturi ingenii fuisse demonstrari videretur, *ἀκμὴν* quae vocatur adscripsit.[1] Itaque ne Ruehl quidem rem absolvit.[2] Sed ostendit Ps.-Lucianum Hellanico tot annos tribuere quot Alexander et Perdiccas, quibus regibus fuisse dicitur, regnaverunt. Tali tamen modo illum numerum inventum esse ideo mihi certum non videtur, quia, quot annos Perdiccas regnaverit, veteres auctores valde discrepant.[3] Praeterea, ut dixi, numerus 85 apud Ps.-Lucianum saepius traditur.

XXII. De Pherecyde Syrio.[4]

1. Ps.-Luc. § 22: *Φερεκύδης ὁ Σύριος ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε (ἔτη ἐβίωσεν).*

2. Diog. Laert. I, 121: *γέγονε (Φερεκύδης) κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἐνάτην ὀλυμπιάδα* (544/0).

cf. Cic. Tusc. disp. I, 16, 38, Suid. sub voce *Φερεκύδης Βάβυος.*

Test. 2 ex Apollodori Chronicis sumptum esse satis verisimile est.[5] Apollodorus igitur Pherecydem Syrium a. 544/3[6] floruisse et a. 583/2 natum esse statuit. Iam Jacoby Ps.-Luciani numerum Apollodoro tribuit. Sed hoc ut demonstret, in p. 213 Apollodorum Pythagorae mortem anno 497/6 adscripsisse ponit; in p. autem 217, ut illam de Pythagora memoriam Apollodoream esse probet, a. 499/8 Pherecydem vita decessisse pro explorato habet. Reliqua autem argumenta, quibus Apollodorum Pythagorae mortem anno

---

[1] Diels, Mus. Rh. XXXI, 12; Jac. p. 49.

[2] Dietrichii coniecturam (Testimonia de Herodoti vita 1899 p. 6/7) probari non posse demonstravit Lehmann-Haupt p. 134.

[3] Varietates contulit Clinton Fasti Hell. II³, 275. 41 annos, quibus ad Ruehlii rationem probandam opus est, exhibent Marmor Parium (ep. 58 et 61) et Nicomedes (ap. Ath. V p. 217 d/e), sed obstant sex auctores; cf. Schwartz, Königslisten p. 75.

[4] Rohde, Mus. Rh. XXXIII, 201; Jac. p. 210.

[5] Jac. p. 210.

[6] Primum olympiadis annum recipiendum esse Jacoby p. 210 ex Eusebii testimonio concludit, quae tamen sententia recipi vix potest. Nam illi anno Pherecydes in uno cod. F adscribitur, in OAM(?) ol. 59, 4, in P ol. 60, 1. Quamquam Cyrilli memoria nititur.

497/6 adscripsisse demonstrare studet, haud ita gravia sunt. Ceterum quod Ps.-Lucianus Pherecydem inter rerum scriptores affert, dubium est, num spectet ad Pherecydem Syrium. Pherecydes enim Syrius fuit philosophus, non rerum scriptor.[1]

XXIII. De Timaeo.[2]

Ps.-Luc. § 22: *Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης ἓξ καὶ ἐνενήκοντα (ἐβίωσεν ἔτη).*

Columba Timaeum non ante a. 340 natum et a. 317 ab Agathocle e Sicilia expulsum esse statuit. Ac primum Timaeum Syracusis, non Tauromenii natum esse demonstrare studet. Sed unum[3] exstat testimonium Diodori, qui XXI fr. 16, 5 scribit: *καθὼς Τίμαιος ὁ Συρακόσιος συγγράφει καὶ Καλλίας καὶ αὐτὸς Συρακόσιος.* Quem cum reliqui omnes veteres auctores: Strabo,[4] Scymnus Chius,[5] Athenaeus,[6] Aristocles[7] quidam, Suidas, Ps.-Lucianus repugnent, hoc loco errasse certum est.[8] Hac re concessa tota Columbae argumentatio concidit. Nam Timaeum non ante a. 340 natum esse inde collegit, quod Andromachus Timaei pater non ante illud tempus Syracusas venire potuisset. Quamquam eum eo transmigrasse omnino traditum non est.[9] Deinde ostendit

---

[1] Jac. 213¹⁰.

[2] Susemihl, Alex. Litt. I, 563; Columba, Riv. di filol. XV 1887 p. 353; Schaefer, Gr. Quellenk.⁴ p. 85.

[3] Apud Polybium XII, 4 d, 4 legimus: *σχεδὸν οὐ πολλῶν ἔτι προσδεήσει λόγων ὑπέρ γε τῆς ψευδολογίας, ἐὰν ἐν οἷς ἔφυ καὶ ἐτράφη τόποις καὶ τούτων ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἀγνοῶν εὑρεθῇ (Τίμαιος) καὶ παραπαίων τῆς ἀληθείας. φησὶ τοιγαροῦν τὴν Ἀρέθουσαν κρήνην τὴν ἐν ταῖς Συρακούσαις ἔχειν τὰς πηγὰς ἐκ τοῦ κατὰ Πελοπόννησον . . . Ἀλφειοῦ.* Quo loco verba *ἐν οἷς ἔφυ καὶ ἐτράφη τόποις* pertinere ad Siciliam, non ad Syracusas manifestum est. Neque quicquam sequitur e Ciceronis loco, qui legitur Brut. 16, 63: est enim Atticus (Lysias), quamquam Timaeus eum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas.

[4] XIV p. 640 = III, 894, 9 Mein.: *τὸν Ταυρομενίτην Τίμαιον,* quo loco *τὸν Ταυρομενίτην* interpolatum esse Columba minime demonstravit.

[5] v. 126.

[6] II p. 37 b; IV p. 163 e; VI p. 272 a.

[7] Eus. praep. ev. XV, 2, 791.

[8] Sed cf. p. 50 huius comm.

[9] Immo vero repugnare videntur verba Marcellini in vit. Thuc. § 27: *Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερήνεσε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας.*

a. 317 Agathoclem Syracusanorum optimates aut necavisse aut urbe eiecisse.[1])

Quod si quaeritur, quid de Timaei vita statuendum sit, veri simillimum mihi videtur eum a. 312, quo Agathocles Tauromenium expugnavit,[2]) e Sicilia eiectum esse. Tum constat eum res usque ad a. 264 enarrasse.[3]) Deinde ipse testatus est 50 annos exsulem Athenis se moratum esse.[4]) Atque Timaeum illo loco scripto Athenis discessisse inde sequitur, quod Polybius[5]) eundem numerum tradit. Neque enim, quod illud testimonium non in extremo libro scriptum erat, brevi post mortuum eum esse statui potest. Atque veri simile est in Siciliam idque Syracusas eum rediisse, qua sententia recepta Diodori error facile intellegitur.[6])

Quae cum ita sint, quo anno Timaeus natus quoque mortuus sit, non constat. Neque Ps.-Luciani testimonium verumne sit an falsum, ullo modo demonstrari potest.[7])

XXIV. De Aristobulo.[8])

Ps.-Luc. § 22: *Ἀριστόβουλος ὁ Κασανδρεὺς ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι, τὴν ἱστορίαν δὲ τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει.*

Ps.-Lucianus quin hoc loco optimo ex fonte hauserit, quod Aristobuli de se ipso testimonium affert, dubitari non potest. Reliquam autem de Aristobuli aetate memoriam invenies apud Susemihlium et Schwartzium.

---

[1]) Diod. XIX, 6 et 7.

[2]) Diod. XIX, 102, 6; cf. Beloch, Griech. Gesch. III, 1, 190[3].

[3]) Pol. I, 5, 1.

[4]) Pol. XII, 25 h, 1: *Τίμαιός φησιν ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ τετάρτῃ βύβλῳ ʻπεντήκοντα συνεχῶς ἔτη διατρίψας Ἀθήνησι ξενιτεύων᾽.*

[5]) Pol. XII, 25 d, 1: *ἀποκαθίσας γὰρ Ἀθήνησι σχεδὸν ἔτη πεντήκοντα.* Schwartz, Herm. XXXIV 1899 p. 482[4] locum non recte interpretatus videtur esse. Polybius enim si scivisset Timaeum diutius Athenis mansisse, ut erat Timaei obtrectator, non dixisset *σχεδὸν ἔτη πεντήκοντα*, sed *ὑπὲρ τὰ ἔτη πεντήκοντα.*

[6]) Susemihl, Alex. Litt. I, 566[240]. Sed ex uno Diodori loco de reditu nihil colligi posse Schwartzio (l. cit. p. 483) facile concedo.

[7]) Sed cf. p. 63 huius comm.

[8]) Susemihl, Alex. Litt. I, 540; Schwartz. P.-Wiss. II, 911.

XXV. De Polybio.[1])

Ps.-Luc. § 22: *Πολύβιος ὁ Λυκόρτα Μεγαλοπολίτης ἀγρόθεν ἀνελθὼν ἀφ᾽ ἵππου κατέπεσε καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα.*

Polybium a. 120 etiam vixisse mihi quidem constat. Commemorat enim III, 39, 8[2]) viam Domitiam, quae circa a. 120 muniri coepta est.[3]) Sed quo anno natus sit, satis incertum est. Quamquam ante a. 198 natum eum esse certis argumentis demonstrari non potest.[4]) Itaque quod Ps.-Lucianus de Polybii aetate tradidit, satis probabile videtur esse.

XXVI. De Hypsicrate.[5])

Ps.-Luc. § 22: *Ὑψικράτης ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος δύο καὶ ἐνενήκοντα (ἔτη ἔζησεν).*

Hypsicratem constat Augusti temporibus fuisse. Commemoravit[6]) enim Asandrum,[7]) qui Pharnace rege necato regno Bosporano potitus est, idque testimonium a Strabone[6]) affertur.[8])

---

[1]) Unger, Philol. XLI 1882 p. 615; Susemihl, Alex. Litt. II, 80; Cuntz, Polybius u. s. Werk 1902. p. 75; Schaefer, Quellenk.[4] p. 115.

[2]) *ταῦτα* (intervallum quod est inter Emporium et Rhodanum flumen) *γὰρ νῦν βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς.* Fusius hoc de loco egit Cuntz p. 20. Sed cf. Muenzer, D. Litt.-Z. 1902 p. 1447. — Tamen his e verbis sequi viam a Romanis munitam esse negavit Wunderer, Berl. philol. Wochenschr. 1903 p. 229. Sed exemplo probandum fuit Romanos ea in via, quam non straverant, miliaria posuisse. Nam quod, quantum intervallum inter Pisas et Lunam sit, quamquam via Aemilia munita nondum erat, Polybius accurate tradit (Cuntz p. 23/24), miliaria posita fuisse eo minime demonstratur. Satis enim fuit, ut Polybii verbo utar, viam *βηματίζειν.*

[3]) P.-Wiss. V, 1323/4 (Muenzer).

[4]) Argumenta contra hanc Ungeri sententiam prolata refutavit Cuntz p. 75. Tamen circa a. 210 Polybium natum esse argumentis non prolatis iudicavit Beloch, Griech. Gesch. III, 2, 179, inter annos 129 et 125 mortuum eum esse Gercke, Mus. Rh. LXII 1907 p. 117 in ann.

[5]) Pauly III, 1560; Mueller, FHG. III, 493.

[6]) Strabo VII p. 311 = II p. 428, 8 Mein.

[7]) P.-Wiss. II, 1516 sub n. 4.

[8]) cf. p. 63 huius comm.

XXVII. De Gorgia.[1])

1. Ps.-Luc. § 23: *ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὅν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ· τροφῆς δὲ ἀποσχόμενος ἐτελεύτησεν· ὅν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις.*

2. Diog. Laert. VIII, 58: *ὅν (Γοργίαν) φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιῶναι.*

Similia Gorgiae dicta exhibent Stob. Flor. 101, 21 = III p. 260 Mein., Clearchus ap. Ath. XII p. 548d, Val. Max. VIII, 13 ext. 2, Cic. Cat. m. § 13; cf. Phil. v. soph. I, 9, 3. Reliqua autem de Gorgiae aetate testimonia collegit Jacoby p. 261.

3. Ael. var. hist. II, 35: *Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐπὶ τέρματι ὢν τοῦ βίου καὶ γεγηρακὼς εὖ μάλα ὑπό τινος ἀσθενείας καταληφθείς, κατ᾽ ὀλίγον ἐς ὕπνον ὑπολισθάνων ἔκειτο. ἐπεὶ δέ τις αὐτὸν παρῆλθε τῶν ἐπιτηδείων ἐπισκοπούμενος καὶ ἤρετο, ὅ τι πράττοι, ὁ Γοργίας ἀπεκρίνατο· ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τἀδελφῷ.*

De Gorgiae aetate veteres autores inter se consentiunt. Apparet enim Apollodorum (test. 2) extremum vitae annum adhibuisse, reliquos neglexisse.[2]) Tamen id constat hoc loco Ps.-Lucianum ab Apollodoro non pendere. Sed monendum est praeter Ps.-Lucianum ne unum quidem veterem auctorem tradere Gorgiam se ipsum fame interfecisse. Immo vero ei repugnat Aelianus (test. 3).

XXVIII. De Isocrate.[3])

1. Ps.-Luc. § 23: *Ἰσοκράτης ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονὼς τὸν πανηγυρικὸν ἔγραψε λόγον, περὶ ἔτη δὲ ἑνὸς ἀποδέοντα ἑκατὸν γεγονὼς ὡς ᾔσθετο Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος τὸν Εὐριπίδειον στίχον προηνέγκατο εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων·*

Σιδώνιόν ποτ᾽ ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών,

καὶ ἐπειπὼν ὡς δουλεύσει ἡ Ἑλλάς, ἐξέλιπε τὸν βίον.

---

[1]) Jac. p. 261; Foss, De Gorgia Leontino 1828.

[2]) De Cic. Cat. m. § 13 egit Jac. p. 261. Apud Pausaniam autem VI, 17, 9 iam ante Wilamowitzium Unger, Philol. Suppl. IV 1884 p. 518 ann. pro *ϱε'* scripsit *ϱθ'*. Restat Ath. XII p. 548d; cf. Jac. p. 261[1].

[3]) Blass, Att. Beredsamk. II² p. 8 et 97.

2. Dion. Hal., De Isocr. 1: *Ἰσοκράτης Ἀθηναῖος ἐγεννήθη μὲν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ ἕκτης ὀλυμπιάδος ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιμάχου* (436/5).

cf. Plut. vit. X or. 836 F; Diog. Laert. III, 3; in § 9 orationis, quae inscribitur *περὶ ἀντιδόσεως*, quae scripta est a. 354 (Blass, Att. Ber. II² p. 308), senem 82 annorum se esse Isocrates ipse testatur.

3. Isocr. *Παναθην.* § 266/7: *ἐγὼ ἐνεστησάμην μὲν αὐτὸν (τὸν λόγον) ἔτη γεγονὼς ὅσαπερ ἐν ἀρχῇ προεῖπον* (94 annos natus, cf. § 3), *ἤδη δὲ τῶν ἡμίσεων γεγραμμένων ἐγγινομένου μοι νοσήματος . . . τούτῳ διατελῶ τρί᾽ ἔτη μαχόμενος.*

§ 270: *γεγονὼς ἔτη τρία μόνον ἀπολείποντα τῶν ἑκατόν.*

4. Plut. vit. X or. 837 E: *ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος ἀπαγγελθέντων τῶν περὶ Χαιρώνειαν . . . ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς ἢ ὥς τινες ἑκατόν.*

cf. Dion. Hal., De Isocr. 1 = I p. 56, 5 Us.-Raderm.; Anon. ap. Bait. et Saupp. Or. Att. II p. 5a, 43.

5. Anon. l. cit. p. 5b, 3: *ἀποκαρτερήσας ἐτελεύτησεν, ὡς μὲν Δημήτριός φησιν, ἐννέα ἡμέρας, ὡς δὲ Ἀφαρεύς, δεκατέσσαρας. προαναγνοὺς δὲ τούτους στίχους ἐτελεύτησεν, ἐκ τριῶν δραμάτων Εὐριπίδου·*

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ
Σιδώνιόν ποτ᾽ ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν
Πέλοψ ὁ Ταντάλειος εἰς Πῖσαν μολὼν

δηλῶν ἐκ τούτων, ὡς ὅτι, ὥσπερ ἐκεῖνοι βάρβαροι ὄντες, ἐλθόντες εἰς τὴν Ἑλλάδα κατέσχον αὐτῆς, οὕτω καὶ τέταρτός τις οὗτος ἀνεφύη δεσπότης τῆς Ἑλλάδος, ὁ Φίλιππος.

cf. Plut. vit. X or. 837 E.

Isocratem a. 436/5 natum et a. 338/7 mortuum esse constat (test. 2 et 4). Itaque Ps.-Luciani de Isocratis aetate testimonium verum est. Sed Panathenaicum, quam ad orationem falso indice usus spectat Ps.-Lucianus,[1]) Isocrates, ut ipse testatur (test. 3), non nonagensimo sexto, sed nonagensimo septimo vitae anno confecit. Praeterea fabellam, quae est de morte Isocratis, summa cum levitate tradidit. Neque enim apud Ps.-Lucianum intellegitur, cur Isocrates illum Euripidis versum pronuntiaverit. Anonymi autem copiosa narratione omnia explicantur.

---

[1]) An verba *τὸν πανηγυρικὸν λόγον* interpretanda sunt ʻnotissimam illam laudationem'? Ceterum cod. Z e correctura exhibet *Παναθ.*

XXIX. De Apollodoro Pergameno.[1]

1. Ps.-Luc. § 23: *Ἀπολλόδωρος ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν ἔζησε ταὐτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο.*

2. Suet. Aug. 89: magistro dicendi usus (Octavianus) Apollodoro Pergameno, quem iam grandem natu Apolloniam secum ab urbe iuvenis adhuc eduxerat.

cf. Quint. III, 1, 17; Strabo XIII, 625 = III, 874, 10 Mein.

3. Hieron. sub ol. 179, 1 (A 178, 4) = 64/3: Apollodorus Pergamenus Graecus orator praeceptor Calidii et Augusti clarus habetur.

Apollodorum Octaviani praeceptorem fuisse e Suetonii loco (test. 2) apparet. Iam a. 45, quo cum Octaviano Apolloniam se contulit,[2]) circiter sexagensimum annum egisse mea quoque sententia Frandsen[3]) e verbis grandem natu (test. 2) recte collegit. Itaque, si Ps.-Lucianum sequimur, natus est circa a. 105, mortuus circa a. 23. Hieronymus autem Apollodorum ideo anno 64 adscripsisse videtur, quod tum Calidius, qui, ut ait ipse, Apollodori discipulus fuit, Qu. Gallium ambitus accusavit; cf. Wilam., Herm. XII 1877 p. 367.

XXX. De Potamone Mytilenaeo.[4]

1. Ps.-Luc. § 23: *Ποτάμων οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ ἔτη ἐνενήκοντα.*

2. Suidas sub voce *Ποτάμων Μιτυληναῖος: υἱὸς Λεσβώνακτος ῥήτωρ. ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Τιβερίου. καί ποτε αὐτοῦ εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντος ὁ βασιλεὺς ἐφοδιάζει τοῖσδε γράμμασι . . .*

3. Sen. Suas. 2, 15: Potamon magnus declamator fuit Mytilenis, qui eodem tempore vixit quo Lesbocles.

Illi libri circiter a. p. Chr. n. 38 confecti sunt; cf. Schanz, Röm. Litt. II, 1², 295.

4. Strabo XIII p. 617 = III, 863, 30 Mein.: *καθ' ἡμᾶς Ποτάμων.*

---

[1]) P.-Wiss. I, 2886 (Brzoska); Susemihl, Alex. Litt. II p. 504; Piderit. De Apoll. Perg. et Theod. Gad. rhetoribus, Marb. 1842.

[2]) Gardthausen, Augustus I, 1 p. 51.

[3]) M. Vipsanius, Agrippa, Altonae 1836, p. 227/8.

[4]) Susemihl, Alex. Litt. II, 512; Cichorius, Rom u. Mytilene 1888 p. 62, cf. 26 sq.; Mommsen, Ann., Berol. 1895, II p. 887; Dittenberger, Syll. I² inscr. 349.

Potamo a. a. Chr. n. 47 a civibus cum legatione ad Caesarem missus est. Legimus enim in inscriptione, quam post Cichorium edidit Mommsen. E Senecae autem testimonio nihil sequitur nisi aliquanto ante a. 38 mortuum eum esse (test. 3). Sed e Suidae loco (test. 2) Tiberio imperatore eum etiam fuisse collegerim.[1]) Hoc si recte statui, natus est circiter a. 75, vita decessit circiter a. p. Chr. n. 15.[2]) Neque mirum est duodetricensimo vitae anno tam clarum oratorem eum fuisse, ut legatus crearetur.

XXXI. De Sophocle.[3]

1. Ps.-Luc. § 24: *Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν ἀνεπνίγη πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει, ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.*

2. Val. Max. VIII, 7 ext. 12: prope centesimum annum attigit.

3. Vit. Soph. § 14: *τελευτῆσαι αὐτὸν Ἴστρος καὶ Νεάνθης φασὶ τοῦτον τὸν τρόπον· Καλλιπίδην . . . πέμψαι αὐτῷ σταφυλήν, τὸν δὲ Σοφοκλέα λαβόντα εἰς τὸ στόμα ῥᾶγα ἔτι ὀμφακίζουσαν ὑπὸ τοῦ ἄγαν γήρως ἀποπνιγέντα τελευτῆσαι.*

Reliqua id genus testimonia leges apud Jahnium et Michaelim in tertia ed. Electrae 1882 p. 15; cf. Jac. p. 254[10]. Eidem fabellas, quibus Sophoclem ab Iophonte filio accusatum esse memoriae traditur, in p. 14 collegerunt.

4. Diod. XIII, 103, 4: *περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον* (406/5) *ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς . . . ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα. . . .* § 5: *Ἀπολλόδωρος δ' ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενός φησι καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι.*

5. Marm. Par. ep. 64: *ἀφ' οὗ Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΠΔΔΔΔΙΙ ἐτελεύτησεν [ἔτη . . .].*

---

[1]) Epistulam, quam exhibet Suidas, temporibus Augusti a Tiberio ad Potamonem missam esse iudicant Cichorius p. 64 et Dittenberger I² p. 554². Sed verba: *Ποτάμωνα Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσοι, σκεψάσθω, εἴ μοι δυνήσεται πολεμεῖν,* a Tiberio principe scripta videntur esse.

[2]) Susemihl l. cit. p. 515.

[3]) Jac. p. 250; Leo, Gr.-röm. Biogr. p. 22 et 112.

Valerium Maximum (test. 2) ad eandem memoriam quam sequitur Ps.-Lucianus, spectare statuit Jacoby (p. 253), haud scio an non iure. Sed utcunque res re habet, Ps.-Luciani numerum mutare non licet.[1]) Nam quomodo ille numerus computatus esset, recte Jacoby explicavit. Sophocles enim, si a. 406/5 senex 95 annorum mortuus est, a. 480, quo chori victoriam Salaminiam celebrantis particeps fuisse dicitur,[2]) 20 annos natus fuit, quae aetas est dimidia pars *ἀκμῆς* quae vocatur. Fabellam autem, quam de Sophoclis morte Ps.-Lucianus tradit, quantum scimus, primus Neanthes exhibuit (test. 3).[3]) Neque vero Diodori testimonium (test. 4) ad Apollodori Chronica referendum esse Jacoby demonstravit. Nam Apollodorum cum plerisque veteribus auctoribus[4]) Sophoclis mortem anno 406/5 adscripsisse verisimillimum est. Itaque Diodori auctor, etsi et annum fatalem et aetatem alio ex fonte sumpsit, recte pergere potuit: Apollodorus autem Euripidem quoque eodem anno diem supremum obiisse tradit.

XXXII. De Cratino.[5])

1. Ps.-Luc. § 25: *Κρατῖνος ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην καὶ νικήσας μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα.*

2. Arist. Pac. v. 700:

---

[1]) Schultz, De Soph. v. 1836 p. 23 et Christ, Griech. Litt.[4] p. 234[3] scripserunt *ἕν τε καὶ ἐνενήκοντα,* ut numerum in Marmore Pario traditum efficerent. Quae coniectura nunc vel eo refutatur, quod in Marmore Pario legendum est 92, cf. Jac. M. Par. p. 181 ad ep. 56.

[2]) Athen. I p. 20 e/f; Vita § 3.

[3]) Eodem modo Anacreon (Plin. n. h. VII, 5, 44, Val. Max. IX, 12 ext. 8) mortuus esse dicitur; cf. Philol. Anz. XV, 634.

[4]) Qui discrepant, mira fabella decepti sunt; cf. Jac. p. 254/5 et Jahn-Mich. p. 16, v. 78.

[5]) Meineke, Hist. crit. com. Gr. p. 43; Bergk, Comm. de rell. com. Attic. 1838 p. 187; Cobet, Obs. crit. in Plat. com. 1840 p. 87, quae commentatio mihi praesto non fuit. Naber, Verslagen en Mededeel. II, 12, Amsterdam 1883, p. 266; Zielinski, Mus. Rh. XXXIX 1884 p. 301; Dénis, La com. Gr. 1886 I p. 145; Mueller-Struebing, Ann. Fleckeis. CXLI 1890 p. 513; Capps, Harvard Studies XV 1904 p. 61; Amer. Journ. XXI, 38, quarum posterior commentatio mihi in manibus non fuit. Leeuwen et Mazon in Pacis editionibus ad v. 700.

Ἑρμ.: τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν; Τρ.: ἀπέθανεν,
ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον — Ἑρμ.: τί παθών; Τρ.: ὅ τι;
ὠρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

Gravissima difficultas inest in test. 2. Neque enim post a. 425[1]) Lacedaemonii in Atticam incursionem fecerunt, *Πυτίνην* autem fabulam Cratinus a. 423 docuit.[2]) Praeterea ad Av. v. 521 scholiasta tradit post a. 414 Cratinum Nemesin fabulam scaenae commisisse.[3]) Tamen mihi quidem constat a. 421, quo Aristophanis Pax acta est, Cratinum mortuum fuisse. Atque Bergk et Mazon vocabulum *ἀπέθανεν* allegorice ut ita dicam intellegunt. Sed quomodo eum, qui a. 423 palmam tulit, ex a. 431, quo Lacedaemonii primam incursionem fecerunt, quasi mortuum esse dici potest? Zielinski autem et Mueller-Struebing[4]) statuunt Aristophanis loco eum actum *Πυτίνης* fabulae describi, in quo Cratinus, cum dolia elisa vidisset, gravissimo dolore percussus animo relictus sit. Sed *ἀπέθανε* hoc loco minime significat: animo relictus est, sed proprio sensu accipiendum est. Trygaeus enim quae fuerit causa *τοῦ ἀποθανεῖν* interrogatus addit *ὠρακιάσας.* An Aristophanes dixit: animo relictus est, postquam animo relictus est[5])? Neque vero Cratinus in illa fabula se morientem fingere potuit.

Ceterum si illa interpretatio vera esset, Aristophanes non tam Cratini vinolentiam vellicaret quam spectatores de facetissimo actu eius fabulae admoneret, qua duobus annis ante ipse victus est.

Lacedaemonios autem in fabula aliqua inductos esse mihi persuasi.[6]) Atque statuerim post ipsam illam fabulam a. 422 actam

---

[1]) Thuc. IV, 41, 1.

[2]) Cf. quintum argumentum Nubium.

[3]) *(Λάμπων) ἔζη ἐπὶ τῆς τῶν Ὀρνίθων διδασκαλίας, οὐχ, ὥς τινες, ἐτεθνήκει. πολλῷ γὰρ ὕστερον Κρατῖνος ἐν τῇ Νεμέσει οἶδεν αὐτὸν ζῶντα.*

[4]) Quae de fabulae argumento protulit Zielinski, refutavit Dénis p. 165[2]. Multo elegantior est Muelleri-Struebingii sententia, qui Cratini amicos, ne ab ipsis dolia elisa esse statim ille cognosceret, Lacedaemoniorum incursionem simulasse statuit.

[5]) Praeterea Dénis p. 148[1] recte monet *ἀπέθανε* de absente dictum intellegi non posse nisi: mortuus est.

[6]) Hoc primus statuit Cobet l. laud.

Cratinum mortuum esse.[1]) Ex illo autem scholio alterum quoque Cratinum Nemesin fabulam composuisse colligo.[2])

Postremo annorum numerum, quem Ps.-Lucianus Cratino tribuit, ad antiquam memoriam referri posse per se vix est credibile. Nam ne Sophocles quidem, poeta clarissimus, qui etiam post Cratinum mortuus est, quot annos vixisset, veteres grammatici sciverunt.[3]) Illum autem numerum non recte statutum esse demonstraverunt Naber et Dénis. Inde enim sequeretur eum 70 fere annos natum fabulas docere coepisse[4]) et nonagensimo quinto vitae anno facetissimam comoediam scaenae commisisse. Tamen moneo Ps.-Lucianum de Cratini exitu rectissime tradidisse. Itaque ille numerus fortasse non eius ab auctore fictus, sed a gravi auctore sumptus est.

XXXIII. De Philemone.[5])

1. Ps.-Luc. § 25: *καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς κατέκειτο μὲν ἐπὶ κλίνης ἠρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα ὥρμησε μὲν ἐς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος ἀπέθανε.*

2. Suidas sub voce *Φιλήμων*: *ἔγραψε κωμῳδίας πρὸς ἐνενήκοντα*

[1]) In Equit. v. 526 iam tum senio confectum eum fuisse Aristophanes commemorat.

[2]) Capps in priore commentatione demonstrare studet priorem Cratinum Nemesin omnino non scripsisse, sed unum posteriorem; versum enim, quem e Nemesi Plutarchus vit. Per. cap. III (fr. 111 K.) affert, posteriori Cratino tribuendum esse neque pertinere ad Periclem. Qualem errorem Plutarcho facile tribuerim, minime doctissimis eius auctoribus. Argumentis autem, quae contra sententiam a me receptam p. 66 protulit, mihi quidem non persuasit.

[3]) Haud ita grave est Zielinskii (p. 301[2]) argumentum, qui tribus poetis 97 annos tribui monet. Sex enim viris 85 anni tribuuntur, duo autem ex illis testimoniis ad Apollodorum referenda sunt; cf. p. 47 huius comm.

[4]) Quod sciamus, Cratinus circa a. 450 fabulas docere coepit. *Ἀρχίλοχοι* enim fabula non multo post Cimonis mortem, id est a. 449 scripta videtur esse; cf. Bergk l. laud. p. 20 et fr. 1 K. Hieronymus Cratinum ol. 81, 3 (OMAPR., 81, 2 F., 81, 4 rell. Arm. Schoene) = 454/3 adscribit. De Hieronymi codicibus conferendus est Schwartz, Berl. philol. Wochenschr. 1906 p. 750.

[5]) Meineke, Menandri et Philemonis fragm. 1823 p. XLIII; Susemihl, Alex. Litt. I, 259; Dietze, De Philemone com. 1901, mihi praesto non fuit.

καὶ ἐβίωσεν ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα, εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσιν α' καὶ ρ'· ἐτελεύτησεν ὑπὸ σφοδροῦ γέλωτος.

3. Diod. XXIII, 6: *Φιλήμων ὁ κωμικὸς ἔγραψε δράματα ἐνενήκοντα ἑπτὰ βιώσας ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα.*

4. Val. Max. IX, 12 ext. 6: Philemonem autem vis risus immoderati abstulit: paratas ei ficus atque in conspectu positas asello consumente puerum, ut illum abigeret, inclamavit. qui cum iam comestis omnibus supervenisset: quoniam, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum asello. ac protinus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum prosecutus, senile guttur salebris spiritus gravavit.

Philemoni et Diodorus (test. 3) et Suidas (test. 2) 99 annos tribuunt. Neque aliud Ps.-Luciani auctori ante oculos fuisse statuerim. Sed numerorum similitudine deceptus pro numero annorum numerum comoediarum substituisse videtur.[1]) Atque mortuus est exeunte a. 263 vel ineunte a. 262. Diodorus enim (test. 3) eius obitum inter Hieronis et Romanorum pacem quae facta est a. 263[2]) et Agrigenti obsidionem, quae coepta est a. 262,[3]) commemorat et Suidas sub voce *Φιλήμων* tradit vita eum decessisse *Ἀθηναίων πολεμούντων καὶ Ἀντιγόνου,* quod bellum confectum est archonte Antipatro a. 263/2 vel 262/1.[4]) De morte autem praeter fabellam quam exhibent Ps.-Lucianus, Valerius Maximus (test. 4), Suidas (test. 2), multae aliae exstant; cf. Mein. p. XLVI. Haec omnia excogitata esse apparet. Tamen memorabile est eandem narratiunculam de Chrysippo tradi. Legimus enim apud Diog. Laert. VII, 185: *ἔνιοι δέ φασι γέλωτι συσχεθέντα αὐτὸν τελευτῆσαι. ὄνου γὰρ τὰ σῦκα αὐτῷ φαγόντος, εἰπόντα τῇ γραΐ· δίδου νῦν ἄκρατον ἐπιρροφῆσαι τῷ ὄνῳ, ὑπερκαγχάσαντα τελευτῆσαι.* Philistion quoque, ut ait Suidas, *τελευτᾷ ὑπὸ γέλωτος ἀπείρου.* Ceterum errat Christ,[5]) quod testimonium 3 vel ideo quod apud Diodorum legitur, ad Apollodorum refert. Hac de re egerunt Diels, Mus. Rh. XXXI, 31 et Jacoby p. 251.

[1]) Anonymus quoque (Kaibel, com. Gr. fragm. I p. 9, 16). Philemoni 97 comoedias tribuit. Itaque recte Meineke p. XLVI apud Suidam scripsit ⟨ζ'⟩ *πρὸς ϙ'.*

[2]) Niese, Gesch. d. gr. u. mak. St. II, 183/4.

[3]) Niese p. 186.

[4]) cf. p. 24 sq. huius comm.

[5]) Griech. Litt.[4] p. 324[2].

XXXIV. De Epicharmo.[1]

1. Ps.-Luc. § 25: *Ἐπίχαρμος ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι.*

2. Diog. Laert. VIII, 78: *βιοὺς ἔτη ἐνενήκοντα κατέστρεψεν.*

3. Ael. v. hist. II, 34: *Ἐπίχαρμόν φασι πάνυ σφόδρα πρεσβύτην ὄντα (εἰπεῖν).*

Quot annos Epicharmus vixisset, veteres grammaticos ignorasse manifestum est. Ps.-Luciani autem auctor summa cum libidine, non computatione usus eum hominibus 97 annorum adscripsisse videtur.

XXXV et XXXVI. De Anacreonte[2] et Stesichoro.[3]

1. Ps.-Luc. § 26: *Ἀνακρέων ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα καὶ Στησίχορος δὲ ὁ μελοποιὸς ταὐτά.*

2. Val. Max. IX, 128: (Anacreontem) usitatum humanae vitae modum supergressum . . . (unius grani mora absumpsit).

3. Cic. de re publ. II, 20: [neque enim Stesichor]us ne[pos ei]us, ut di[xeru]nt quidam [e]x filia. quo [enim] ille mor[tuus, e]odem [est an]no na[tus Si]moni[des ol]ympia[de se]xta et quin-[qua]gesima (556/5, cf. p. 61 test. 2).[4]

4. Suidas sub voce *Στησίχορος*: *τοῖς δὲ χρόνοις ἦν νεώτερος Ἀλκμᾶνος τοῦ λυρικοῦ, ἐπὶ τῆς λζ' ὀλυμπιάδος* (632/28) *γεγονώς· ἐτελεύτησε δ' ἐπὶ τῆς νς'* (556/2).

Haec Ps.-Luciani testimonia nulla esse auctoritate supra[5]) commemoravi. Atque de Anacreonte veteres grammaticos certum annorum numerum omnino non tradidisse e Valerii testimonio (test. 2) concluserim. Jacobyo autem assentior, qui apud Suidam (test. 4) *γεγονὼς* pertinere ad annum natalem statuit.[6]) Atque

---

[1]) Lorenz, Leben u. Schr. des Koers Ep. 1864 p. 41; Kaibel, Fr. Com. Gr. I, 1 p. 88; Jac. Marm. P. ad ep. 55 p. 181.

[2]) Crusius ap. P.-Wiss. I, 2035.

[3]) Jac. p. 196; Jac. Marm. P. p. 176; Rohde, Mus. Rh. XXXIII, 198.

[4]) Huic loco restituendo operam dederunt Mommsen, Mus. Rh. XV 1860 p. 165 et Rohde, Mus. Rh. XXXVI 1881 p. 568.

[5]) cf. p. 47 huis comm.

[6]) cf. Rohde, Mus. Rh. XXXIII, 219; exempli causa moneo de test. 3 p. 16 huius comm. et test. 3 p. 61.

Suidae de Stesichoro memoriam referendam esse ad Apollodorum[1]) ideo verisimile est, quod Cicero (test. 3), qui Nepotem, Apollodori sectatorem,[2]) adhibuisse videtur,[3]) Stesichori mortem eidem olympiadi atque Suidas adscribit.

XXXVII. De Simonide.[4]

1. Ps.-Luc. § 26: *Σιμωνίδης ὁ Κεῖος ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα (ἔζησεν ἔτη).*

2. Simon. fr. 147 Bergk[4].

1. *ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν Ἀθηναίοις* (477/76), *ὅτ' ἐνίκα*
2. *Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα·*
5. *ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος*
6. *ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.*

3. Suidas sub voce *Σιμωνίδης: γέγονε δ' ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ἕκτης ὀλυμπιάδος* (556/2), *οἱ δὲ ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς δευτέρας* (532/28) *γεγράφασιν. καὶ παρέτεινε μέχρι τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης* (468/4), *βιοὺς ἔτη πθ'.*

4. Marm. P. ep. 57: *ἀφ' οὗ . . . Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησεν, βιοὺς ἔτη ΓΔΔΔΔ, ἔτη ΗΗΓ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεαγενίδου* (468/7).

Suidam hoc loco ab Apollodoro pendere satis veri simile est.[5]) Sed quod Apollodorus et auctor Marmoris Parii de Simonidis aetate dissentiunt, hic alia computatione usus Simonidem a. 557/6 natum esse ex test. 2 collegit.[6]) Neque mirum est apud eum scriptorem, quod in aetate computanda rursus et primum et extremum vitae annos adhibuit.[7]) Ad eandem autem memoriam quam Marmoris Parii, Ps.-Luciani testimonium referendum est. Nam *ὑπὲρ* ut apud Xenophilum[8]) falso addidisse videtur.

---

[1]) Jac. p. 199 et 197.

[2]) Rohde, Mus. Rh. XXXVI 1881 p. 535[1].

[3]) Jac. p. 197.

[4]) Jac. p. 200.

[5]) Jac. p. 201/2.

[6]) Jac. p. 202.

[7]) Jacoby, Mus. Rh. LIX 1904 p. 82—84.

[8]) cf. p. 11 huius comm.

XXXVIII. De Eratosthene.[1]

1. Ps.-Luc. § 27: *γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικόν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη.*

2. Suidas sub voce *Ἐρατοσθένης*: *Ἀγλαοῦ · οἱ δὲ Ἀμβροσίου. Κυρηναῖος . . . ἐτέχθη δὲ ρκς' ὀλυμπιάδι* (276/2) *καὶ ἐτελεύτησεν π' ἐτῶν γεγονώς.*

3. Cens. de die nat. 15, 2: Eratosthenes quoque ille orbis terrarum mensor et Xenocrates Platonicus veteris academiae princeps ad eundem annum vixerunt (octogensimum primum).

Eratosthenes quo anno natus quoque mortuus sit, accurate definiri nequit. Neque certum mihi videtur esse Suidam spectare ad primum olympiadis annum. Sed Censorinus et Ps.-Lucianus, non Censorinus et Suidas ad eandem memoriam referendi sunt. Nam Xenocrati quoque, quem cum Eratosthene artissime coniungit, Censorinus, si modo de illo Ps.-Luciani testimonio recte iudicavi,[2] uno anno minorem aetatem tribuit. Itaque coniecerim apud Suidam pro *π'* scribendum esse *πα'*, qua mutatione recepta omnia testimonia concinunt.

Iam singulis quaestionibus pertractatis, **quid in universum de huius libelli auctoritate iudicandum sit,** paucis exponam. Atque apparet de eis, qui ante a. 500 fuerunt, Ps.-Lucianum ne semel quidem grave quicquam exhibere. Sunt autem hi: Anacreon, Pherecydes, Pittacus, Solon, Stesichorus, Thales, Xenophanes. Eorum vero, qui inter a. 500 et 300 fuerunt, de his verum tradidit: de Gorgia, Isocrate, Platone, Simonide[3]), Xenocrate[4]), Xenophilo;[3]) nihili sunt, quae profert de Cratino, Democrito, Epicharmo, Hellanico, Sophocle, Xenophonte (?). Sed dimidia pars omnium quae tractavi testimoniorum pertinet ad viros aetatis quae vocatur Alexandrinae et temporum Augusti. Quibus e numeris ei tantum examinari possunt, qui tribuuntur Carneadi, Chrysippo, Cleanthi, Ctesibio, Eratostheni, Philemoni, Zenoni. Atque Ps.-Luciani de Zenone et Chrysippo testimonia falsa esse apparuit. Sed concedendum fuit de illis satis gravem auctorem,

---

[1]) Susemihl, Alex. Litt. I, 409; P.-Wiss. VI, 358, 4 (Knaack).
[2]) cf. p. 44 huius comm.
[3]) Nisi quod falso addidit *ὑπέρ*.
[4]) Si illum numerum recte mutavi.

Apollonium Tyrium,[1]) adhibitum esse. Vera tamen tradidit de Carneade, Cleanthe, Ctesibio,[2]) Eratosthene. Apud Philemonem autem non falsam memoriam, sed auctoris errorem statuendum esse demonstrare studui. At reliquorum testimoniorum diversis de causis haec fide digna videntur esse. Nam cum aetatibus, quas Polybio et Potamoni tribuit, quae de annis et natali et fatali inveniri potuerunt, optime concinunt. Deinde quod cetera, quae praeter annorum numeros tradit, certissima sunt, ei ipsi quoque veri iudicandi videntur esse apud Apollodorum Pergamenum, Athenodorum, Posidonium. De Aristobulo quoque, quia eius de se ipso testimonium affert, optimum fontem adiisse videtur. De Hieronymo autem Agatharchidem testem adhibet, cuius fidem cur in dubium vocemus, causa non est. Atque de Diogene Babylonio Apollonium Tyrium secutus est.[3]) Quo de testimonio supra dubitavi. De Nestore autem Ps.-Luciani auctorem errasse mihi quidem demonstratum non videtur esse. Itaque relinquuntur hi: Critolaus, Hypsicrates, Timaeus. Sed quoniam de viris posterioris aetatis fictam aut corruptam memoriam eum protulisse tribus tantum locis certum est: de Philemone, Chrysippo, Zenone, ita tamen, ut illi errores excusationem habeant, reliquis quoque testimoniis, quae quantae sint auctoritatis, nullo modo diiudicari potest, sine ulla dubitatione fidem habebimus.

Ea quoque, quae praeter annorum numeros attulit, ut exposui, Ps.-Luciani auctor nonnunquam optimis ex fontibus hausit. Eis autem locis, quos iam commemoravi, addenda sunt eius de Cratino et Eratosthene testimonia. Saepe tamen corruptam aut falsam memoriam exhibet. Nam quae de Isocratis morte profert, tam contracta sunt, ut intellegi non possint. Praeterea Isocrates non nonagensimo sexto, sed nonagensimo septimo vitae anno Panathenaicum qui dicitur composuit. Tum Gorgiam fame se ipsum interfecisse apud unum Ps.-Lucianum legitur. Deinde Xenophanem Archelai discipulum fuisse tradit, qui tamen error apud Diogenem quoque Laertium invenitur. Praeterea de Xenophanis patre ab Apollodoro discrepat, hac autem quoque in re cum Diogene Laertio videtur consentire. Sed quae de Cleanthe, Democrito, Philemone, Sophocle, Zenone profert, cum reliqua memoria concinunt.

---

[1]) cf. p. 23 et 45 huius comm.
[2]) Quamquam numerus corruptus est.
[3]) cf. p. 45 huius comm.

Postremo, quae ratio intercedat inter hunc auctorem et Apollodorum, breviter exponam. Atque apparet Apollodorum[1]) rarissime adhibitum esse. Testis enim citatur de uno Ctesibio. Praeterea certe ab eo pendent testimonia, quae sunt de Platone, Carneade, Lycurgo; fortasse etiam de Xenocrate*. Computatione autem, qua Apollodorus usus est,[2]) inventae sunt aetates, quas Ps.-Lucianus tribuit Isocrati et Eratostheni. Neque tamen inde quicquam concludi potest. Contra uno anno discrepant de Gorgia et Simonide*. Plane autem ab Apollodori memoria diversi sunt annorum numeri, quos Chrysippo, Pittaco*, Soloni*, Stesichoro*, Thaleti, Xenophani*, Zenoni*[3]) Ps.-Lucianus tribuit. Quae cum ita sint, nisi certa argumenta exstant, Ps.-Luciani testimonia ad Apollodorum referre non licet.[4])

Hanc commentationem cum iam confecissem, eadem de re egit **Ruehl,** Mus. Rh. LXII 1907 p. 421. Cuius de sententia nunc erit disputandum. Putat enim omnes fere numeros Ps.-Lucianum ipsum computasse, non accepisse.[5]) Sed primum duobus locis testimonia a prioribus tradita se collegisse Ps.-Lucianus contendit: in § enim 2 leguntur verba: *τοὺς ἱστορημένους ἐς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι,* in §§ autem 17/18: *βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασιν μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες . . . εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, ἀναγράψωμεν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους.* Tum libellum brevissimo tempore confectum esse ipse concedit Ruehl.[6]) Deinde aetates regum et ducum, quorum satis magnum numerum legimus, ex libro aliquo eum hausisse iudicat. Hoc enim ait auctorem ipsum significare in § 17, quem locum modo exscripsi.[7]) Sed pergit: *ἀναγράψωμεν καὶ τούτων (τῶν περὶ παιδείαν ἐχόντων) τοὺς ἱστορημένους.* Itaque quomodo aetates regum ducumque e libris sumptas, reliquas computatas esse significet,[7]) non intellego, praesertim cum etiam Xenophili, Democriti,

[1]) Asteriscum apponam eis, quibus quam aetatem Apollodorus tribuerit, plane non traditur.
[2]) cf. Jac. p. 58.
[3]) Apollodorum Persaei testimonium recepisse certum est.
[4]) cf. Rohde, Mus. Rh. XXXVI 1881 p. 541[1].
[5]) p. 436.
[6]) p. 421.
[7]) p. 436 sup., cf. p. 422 sup.

Ctesibii, Hieronymi[1]) Platonis, Carneadis, Gorgiae,[2]) Aristobuli,[3]) Zenonis, Cleanthis[4]) aetates memoria illum accepisse concedat Ruehl. Eos enim numeros, qui aliis testimoniis confirmantur, e libris sumptos, reliquos praeter Aristobuleum computatos esse putat. Cogitari tamen haud dubie potest numerorum quos Ps.-Lucianus collegit, partem computatione inventam esse. Itaque de singulis Ruehlii argumentis nunc disputandum est.

Ac primum, si Ruehlium sequimur, septiens: de Pherecyde, Pittaco, Thalete, Xenocrate, Philemone, Cratino, Epicharmo Anonymus flore aetatis usus, quibus annis nati essent, quaesivit, initium autem vitae numeravit a primo anno eius regis, cuius in regnum annus natalis incideret. Sed cur annum natalem modo inventum neglexerit, minime intellegitur. Tamen, si illa ratio semper statui posset, credendum esset. At deciens: de Apollodoro, Athenodoro, Lycurgo, Solone, Anacreonte, Timaeo, Xenophane, Simonide, Chrysippo, Stesichoro annum natalem ex *ἀκμῇ* computatum retinuit! Atque Eratosthenes ipsis 40 annis post primum annum Ptolemaei Philadelphi floruit; de Sophocle autem et Xenophonte cf. p. 66.

Deinde annum fatalem quoque diversis rationibus inventum esse statuit Ruehl. Nam septiens: de Thalete, Chrysippo, Sophocle, Stesichoro, Xenocrate, Philemone, Xenophonte, annos traditos recepit, sed noviens: de Pherecyde, Athenodoro, Apollodoro, Solone, Pittaco, Anacreonte, Xenophane, Cratino, Epicharmo ad exitum alicuius regis processit. In quibus Chrysippi mortem, quamquam olympias tantum tradita est, extremo anno ol. 143 adscribit; Stesichori autem anno Abr. 1462 = ol. 56, 2. Sed in codice A et in Arm. adscribitur anno 1458 = ol. 55, 2, in optimo codice O et in cod. P[5]) a. 1457, apud Apollodorum a. 1461 = ol. 56, 1.[6]) Itaque Ruehlii numerus non memoria, sed corruptela nititur. Sed hic error minoris est momenti. At Lycurgi mortem anno post Olympia instituta Anonymum adscripsisse statuit, quae sententia

[1]) p. 422.
[2]) p. 424.
[3]) p. 423.
[4]) p. 429/30.
[5]) De Hieronymi codicibus nuper egit Schwartz, Berl. philol. Wochenschr. 1906 p. 750.
[6]) Jac. p. 196/7 et 201.

summae est libidinis; Eratosthenis autem mortem primo anno Ptolemaei V, id quod ab illa Anonymi ratione prorsus alienum est. Quam si sequimur, Eratosthenis vita ad exitum illius regis producenda est vixitque non 82, sed 106 vel 107 annos. Ruehl quidem: daß das nicht zutraf, inquit, wird Lukianos, der selbst ein Grammatiker war, doch wohl gewußt haben. Sed ceteris locis numeros traditos neglexit! Atque Simonidem, quod ab eo scripta sunt *Ξέρξου ναυμαχία καὶ ἡ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία μελικῶς, ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι δι' ἐλεγείας,*[1]) post a. 480 mortuum esse Anonymus statuit, certo anno non proposito, quae ratio non minus singularis est. Timaei autem mortem, quod bellum Punicum iam non descripserit, ait adscribendam fuisse anno ante initium illius belli, id est a. Abr. 1749. Sed optimi codices M(?)OPA initium adscribunt a. 1749, quo anno recepto, quoniam floruit a. 1694, 96 anni effici omnino non possunt; deinde bellum Punicum non a. 1749, sed 1753 = 264/3 coepit.

Tum si sequimur Ruehlium, *ἀκμὴν* quae vocatur Anonymus permultis rationibus invenit. Quam primo regis vel imperatoris anno adscripsit septiens: de Athenodoro, Apollodoro, Chrysippo, Eratosthene, Simonide, Xenocrate, Epicharmo; ad rem aliquam gestam rettulit quinquiens: de Solone, Lycurgo, Pittaco, Thalete, Xenophane. Praeterea annos, quibus Eusebius viros adscripsit, apud Pherecydem et Cratinum recepit. Cum principis autem flore aequavit flores Timaei et Anacreontis, apud hunc, ut ait Ruehl, Eusebium secutus. *Ἀκμὴν* vero omnino non adhibuit apud Xenophontem et Sophoclem. Sed, ut singula menda proponam, Elea condita quidem est ol. 60, qua re Xenophanis *ἀκμὴν* a quibusdam grammaticis definitam esse accepimus,[2]) Ruehl autem recipit quartum annum illius olympiadis his verbis usus: Gründung von Elea, die bekanntlich in die 60. Olympiade, d. i. in das Jahr 536 fällt! Deinde Solo, inquit, leges a. Abr. 1426 = ol. 47, 2 tulisse apud Eusebium traditur. Sed in codd. OMP illud legitur ad a. 1423 = ol. 46, 3 = 594/3! Suidas quidem leges ol. 47 tribuit, neque vero certum annum significat et *μς'* pro *μζ'* scribendum esse satis est verisimile.[3]) Anacreontem vero Hieronymus non a. 1486 vel

---

[1]) Suidas sub voce.

[2]) cf. p. 32 test. 7.

[3]) Jac. p. 167.

1487 adscribit, sed a. 1481 = ol. 61, 1 (OMP, A 60, 4). Simonides autem, quod eum scripsisse *Δαρείου καὶ Καμβύσου βασιλείαν* Suidas testatur, primo nimirum Cambysis anno, id est ol. 62, 3, adscribendus fuit![1]) Iam restant Stesichorus et Philemo. Atque ad Stesichori aetatem definiendam provocat ad haec Suidae verba, quae leguntur sub voce *Σαπφώ*: *Σαπφὼ γεγονυῖα κατὰ τὴν μβ' ὀλυμπιάδα, ὅτε καὶ Ἀλκαῖος ἦν καὶ Στησίχορος καὶ Πιττακός.* Atque floruit Pittacus ol. 42.[2]) Sed Eusebius Sappho adscribit ol. 45, 1 (OMFP). Itaque Suidae et Eusebii testimonia coniungi omnino non possunt. Philemo autem, ut ait Suidas sub voce, *ἤκμαζεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, βραχὺ Μενάνδρου πρότερος.* Iam Menandri primam victoriam, non florem anno 1696 Eusebius adscribit. Inde colligit Ruehl Anonymum Philemonis florem adscripsisse anno 1695. Sed Alexander mortuus est a. 1693 = 324/3. Ergo ne hoc quidem loco Suidae et Eusebii testimonia coniungi possunt. At coniunxit Anonymus! In colligendis igitur testimoniis satis magna fuit doctrina, maiore tamen stultitia in adhibendis. Quod si demonstratum esset, facile crederem. Nunc vero nihil est nisi incerta opinio, ad incertam opinionem probandam inventa.

Tum Anonymus ad aetatem computandam extremum vitae annum modo adhibet, modo neglegit. Adhibet enim apud Lycurgum, Anacreontem, Timaeum, Eratosthenem, Chrysippum, Sophoclem.[3]) Quae varietas mira est apud eum, qui in annorum indice binos numeros inter se comparat.

Postremo explicari vix poterit, cur Anonymus non uno, sed compluribus regum indicibus usus sit. Nam ex indice regum Macedonum computati sunt: Pherecydes, Thales, Xenocrates, Sophocles, Philemo, Cratinus; ex Persarum: Solo, Anacreon, Xenophanes, Simonides, Epicharmus; Lydorum: Pittacus; Aegyptiorum: Eratosthenes et Chrysippus; ad Augustum: Apollodorus et Athenodorus. Reges autem omnino non adhibiti sunt in Lycurgo, Timaeo, Stesichoro, Xenophonte. Atque cur suae quemque regum seriei adscripserit, plerumque non intellegitur. Ut Epicharmus ideo cum regibus Persarum comparatus est, quod Sophro temporibus Xerxis

---

[1]) Simonides in O legitur sub ol. 60, 2, in MP sub ol. 59, 4, in AF sub 60, 1. Praeterea adscribitur ol. 55, 2 (OM) vel 54, 4 (S). cf. Jac. p. 203.

[2]) p. 16 test. 2.

[3]) Apud Xenocratem in mortis anno constituendo, id quod tamen in temporum indice reperire potuit.

adscriptus fuit. At non solum compluribus, verum etiam modo emendatis modo corruptis indicibus Ruehl utitur. Nam ad Hellanici et Pherecydis aetates computandas verum regum Macedonum indicem adhibet, in quo Alexander I regnare incipit a. 498, Perdiccas moritur a. 413.[1]) Sed Thaletis aetas ab initio Philippi I, id est ab a. Abr. 1371, computata est. Cuius initium, si Alexander I, ut statuit Ruehl, non a. Abr. 1514, sed 1518 regnare coepit, anno 1375 tribuendum est, qua re omnis de Thalete computatio concidit. Cratini autem ortum primo Alexandri anno, id est a. 1518 adscripsit. Itaque, quoniam 97 annos vixit, mortuus est a. 1615, qui in corrupto Eusebii indice est extremus Archelai II. Sed quod Perdiccae mortem, restitutum indicem secutus, adscribit anno 1603, regna, quae sequuntur, ipsa quoque promovenda sunt. Qua re ea quoque, quae de Xenocrate exposuit, refutantur. Illius enim annum natalem adscripsit primo anno Amyntae III, id est a. 1618. Etiam in Ptolemaeorum indice magnum commisit errorem. Eratosthenis enim ἀκμὴν quae vocatur adscribit primo anno Euergetae I, qui apud Eusebium regnare incipit a. 1771.[2]) Itaque Eratosthenes natus est a. 1731, quem annum primum Philadelphi esse statuit. Ptolemaeum enim Sotera non 1732, sed duobus

---

[1])

	Eusebius	Gutschmid, Op. IV p. 38
Alex. I	1514—1556 = 502 - 460	498—454 = 1518—1562
Perd.	1557—1584 = 459—432	454—413 = 1562—1603
Arch. I	1585—1608 = 431—408	413—399 = 1603—1617
Orestes	1609—1611 = 407—405	399—396 = 1617—1620
Arch. II	1612—1615 = 404—401	396 - 392 = 1620—1624
Amy. II	1616 = 400	392—390 = 1624—1626
Pausanias	1617 = 309	390—389 = 1626—1627
Amy. III	1618—1643 = 398—373	389 - 369 = 1627—1647

cf. Schwartz, Königslisten p. 75 sq.

[2])

	Eusebius				Beloch III, 2, 122
Pt. Lagi	1693 — 1732 = 324/3 — 285/4	40	20*)		305 — 285
Phil.	1733 — 1770 = 284/3 — 247/6	38	38		285 — 247
Euerg. I	1771 — 1796 = 246/5 — 221/0	26	25		247 — 222
Philop.	1797 — 1813 = 220/19 — 204/3	17	17		222 — 205
Epiph.	1814 — 1837 = 203/2 — 180/79	24	24		205 — 181

*) Haec columna exhibet numeros canonis a Ptolemaeo compositi; cf. Wachsmuth, Einleit. i. d. a. Gesch. p. 306.

Si cum Ruehlio initium Philadelphi anno 1731 adscribimus et Euergetae, quamquam falsum est, 24 annos tribuimus, habemus hunc indicem:

annis ante mortem regno abdicasse. Sed si Philadelphus regnare coepit a. 1731, quoniam 38 annos eum regnasse constat, Euergetes rex factus est a. 1769. Praeterea si cum Ruehlio Euergetae 24 annos tribuimus, Epiphanes regnare coepit a. 1810. Itaque sunt inter initia Philadelphi et Epiphanis 79 vel 80 anni. Neque illud vitium eo tollitur, quod Eratosthenes, si a. 1769 quadraginta annos natus fuit, a. 1810 octogensimum et alterum annum egit. Chrysippi autem mors, etsi ἀκμὴ anno 1769 tribuenda est, in 143. ol. cadit.

Quibus rebus expositis Ruehlii sententiam nihili esse demonstrasse mihi videor. Neque quisquam nunc eas aetates, quas neque vitio neque cum arbitrio invenit, illa ratione computatas esse credet. Sunt autem Pherecydis, Pittaci, Epicharmi, Apollodori, Athenodori. Atque quae de Apollodoro et Athenodoro statuit, vel ideo probari vix possunt, quod Hieronymus illum[1]) a. a. Chr. n. 64, hunc[2]) a. p. Chr. n. 7 adscribit. Denique Isocratis numerus optimo e fonte sumptus est.[3]) Neque de eis, quae de Potamonis, Polybii, Posidonii annis fatalibus protulit, nunc disputare opus est. Hanc vero unam sententiam exscribere mihi liceat, qua Critolai quoque aetatem computatam esse demonstrat: Hier zeigt schon die nichts weniger als runde Zahl (82), daß wir es mit einer Berechnung zu tun haben.[4]) Quo argumento allato rem actam esse facillime concedo!

Philad.	1731 — 1768	38
Euerg.	1769 — 1792	24
Philop.	1793 — 1809	17
Epiph.	1810 — 1833	24.

Cf. Strack, Dynastie der Ptolemaer p. 181 sq.

[1]) p. 54 test. 3.

[2]) p. 40 test. 2.

[3]) p. 53.

[4]) p. 432.


Index.

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Vita.

Walter Kunzmann natus sum mensis Februarii die XI. a. 1884 Reudnitziae, qui vicus est prope Lipsiam. Fidei addictus sum evangelicae. Atque Lipsiae litterarum elementis instructus per novem annos scholam Nicolaitanam frequentavi. Qua in schola multi et illustrissimi praeceptores optime de me meriti sunt nec non quo rectore etiam nunc floret schola Nicolaitana, Otto Kaemmel. Quibus omnibus quid debeam, nunquam obliviscar. Maximas vero me decet agere gratias Georgio Berlit, qui non solum ad summum antiquitatis studium me inflammavit, sed etiam multis in rebus privatim adiuvit semperque quasi patrem atque amicum in me se praestitit. Vere autem a. 1903, postquam maturitatis testimonium adeptus sum, hanc litterarum sedem adii, philologiae studiosis ut adscriberer. Docuerunt me vel docent viri illustrissimi de Bahder, Bethe, Brugmann, Gardthausen, M. Heinze, R. Heinze, Hofmann, Jungmann, Koester, Lipsius, Marx, Mogk, Schmarsow, Sievers, Studniczka, Volkelt, Wachsmuth (†), Wilcken, Wundt. Proseminario philologo Immischii auspiciis per ter senos menses interfui. Seminarii philologi fui sodalis ordinarius per duo semenstria moderantibus Lipsio et Marxio, archaeologi moderante Studniczka per quattuor semenstria. Benignissime in seminarium philosophum me recepit Heinze, in seminarium paedagogicum Jungmann, in proseminaria Germanica Sievers et Koester, in exercitationes metricas Marx, in archaeologas Studniczka.

Quibus praeceptoribus omnibus gratias habeo quam maximas; imprimis vero cum Marxium et Studniczkam, tum Lipsium, qui studia mea philologa inde a primordiis summa cum liberalitate atque humanitate fovit, pio gratoque animo semper colam.


COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010656120

